



ANNUS  
APOSTOLICUS

9

EL  
AMOR DE DIOS

BV30

L3

v.5

t.9

008527




1080015164

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



HE



ANNUS APOSTOLICUS

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



ANNUS  
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORE QUADRAGESIMAE  
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTIUS ANNI DIEBUS DOMINICIS  
IV. DE SANCTIS

PRÆDICABILES  
STILO PERSPICUO ELABORATAS  
CLARAQUE METHODO CONCINNATAS

AUCTORE R. P.

Fr. ZACHARIA LASELVE

*Sacra Theologiae Lector, necnon Provinciae Recollectorum  
Sanctissimi Sacramenti seu Tolosanae alumnus.*

EDITIO NOVITA ET ANNOTATA A P. A. SARACENO PRES. CONGREG. OR. TAURIN.

Volumen IX.

Pars IV. Concionum de Sanctis.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

AUGUSTE TAURINORUM  
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA  
Eq. LAURENTII ROMANO EDITORIS

M. DCCC. LXXXII.



Capilla Alfonsina  
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Universitaria  
MICHIGAN STATE U. LIBRARY

45164

BV30  
L3  
V5  
89

## CONCIONES DE SANCTIS

### DE NATIVITATE B. V. MARIE.


CONCIO UNICA.

*Mementote diei hujus (Exodi 13).*

Magni et admiratione digni fuere omnes Dei Genitricis Mariæ dies, nec habetur aliquod vitæ ejus momentum, quod a singulis hominibus laudari et prædicari non debeat. In primis autem recolenda, veneranda, laudanda et prædicanda felix illa dies, in qua Virgo sacra, e materno egrediens sinu, in hunc mundum venit, ut Verbi incarnati Mater, colorum regina, totiusque orbis decus et ornamentum floret. Hanc nativitatis ejus diem prædixorunt prophete, expectaverant patriarchæ, optaverant omnes; huncque diem viderunt piissimi Mariæ parentes Joachim et Anna, qui virtutibus et meritis suis talem et tantam gignere meruerunt filiam, cujus nativitas cælis gloriam, ac universo mundo felicitatem, pacemque refudit. Hæc est sacra illa dies, cujus quotannis nos meminisse præcipit sancta Romana Ecclesia et cujus nos sanctis vitæ nostræ diebus recordari debemus: *mementote diei hujus*. Ut igitur mentibus vestris hæc dies altius insigatur, tota hac concione de ea disseremus. *Ace.*

Tres magnos Christi inter homines versantis dies agnoscimus, diem scilicet nativitatis, diem transfigurationis et diem passionis ejus. Dies nativitatis Christi est *dies honoris* et gloriæ, quia ipse in præsepio inter villa animalia jacens, magnam apud

LASVIZ, Ann. Ap. — Vol. IX.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Diurno. — Et Typ. V. Bova.

003387

BV30  
L3  
V5  
89

## CONCIONES DE SANCTIS

### DE NATIVITATE B. V. MARIE.


CONCIO UNICA.

*Mementote diei hujus (Exodi 13).*

Magni et admiratione digni fuere omnes Dei Genitricis Mariæ dies, nec habetur aliquod vitæ ejus momentum, quod a singulis hominibus laudari et prædicari non debeat. In primis autem recolenda, veneranda, laudanda et prædicanda felix illa dies, in qua Virgo sacra, e materno egrediens sinu, in hunc mundum venit, ut Verbi incarnati Mater, colorum regina, totiusque orbis decus et ornamentum floret. Hanc nativitatis ejus diem prædixorunt prophete, expectaverant patriarchæ, optaverant omnes; huncque diem viderunt piissimi Mariæ parentes Joachim et Anna, qui virtutibus et meritis suis talem et tantam gignere meruerunt filiam, cujus nativitas cælis gloriam, ac universo mundo felicitatem, pacemque refudit. Hæc est sacra illa dies, cujus quotannis nos meminisse præcipit sancta Romana Ecclesia et cujus nos sanctis vitæ nostræ diebus recordari debemus: *mementote diei hujus*. Ut igitur mentibus vestris hæc dies altius insigatur, tota hac concione de ea disseremus. *Ace.*

Tres magnos Christi inter homines versantis dies agnoscimus, diem scilicet nativitatis, diem transfigurationis et diem passionis ejus. Dies nativitatis Christi est *dies honoris* et gloriæ, quia ipse in præsepio inter villa animalia jacens, magnam apud

LABRADA, ANN. AP. — Vol. IX.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Diurno. — Et Typ. V. Bova.

003327

cœlestes sibi gloriam conciliavit: *gloria in altissimis Deo* (Luc. 2). Dies transfigurationis Christi est *dies gaudii* et consolationis, quia apostoli Christum transfiguratum contemplantes, maximo perfusi gaudio dixerunt: *Domine, bonum est nos hic esse* (Matt. 17). Dies tandem passionis fuit *dies terroris* demonibus, qui virtute sanguinis Christi in cruce fusi ab hoc mundo sjecti sunt; *princeps hujus mundi eiecitur foras* (Joan. 14). Omnes quidem illi dies suo tempore commemorantur; hodie vero solemnem recolimus nativitatis Mariæ diem qui est simul dies honoris, dies gaudii et dies terroris. Est 1. *dies honoris et gloriæ*, respectu Mariæ; 2. *dies gaudii et lætitiæ*, respectu hominum; 3. *dies terroris et tristitiæ*, respectu demonum.

## I PARS.

*Dies nativitatis est dies honoris et gloriæ respectu Mariæ.*

Eternam Mariæ nativitatem, seu specialem ejus præelectionem, qua ante omnem aliam puram creaturam ad gratiam, ad gloriam et ad Christi maternitatem electa fuit et prædestinata, perfecte describit Sapiens, dum sic Mariam loquentem inducit: *ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi et ego jam concepta eram, necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes graeci mole constituerant, ante colles ego parturiebar* (Prov. 8). Parturiebatur enim Maria, ac in Dei mente ab æterno nascebatur, antequam essent et futuri præviderentur fontes, abyssi, montes et colles, quia in eodem signo rationis quo prædestinatus est Christus ejus filius, vel in signo rationis immediate sequente Christi prædestinationem ipsa fuit prædestinata, ac a mente Dei proditit, ut esset Christi Mater, totius mundi regina, omniumque creaturarum prima et primogenita: *ego ex ore Altissimi proditi primogenita ante omnem creaturam* (Eccli 24); ideo æterna hæc Mariæ nativitas ei supra modum

honorifica extitit et gloriosa. Similiter ipsi gloriam attulit nativitas temporalis, quia sicut in æterna, ita et in temporali nativitate Maria proditit prima et *primogenita*: o sinu enim beatæ Annæ prodians et ipsa die nativitas suæ Maria inter omnes creaturas fuit *prima* ratione nobilitatis qua fuit; *prima*, ratione sanctitatis qua coruscavit; *prima* ratione gratiarum quibus cumulata est; *prima* ratione virtutum quibus floruit; fuit tandem in omni genere prima respectu angelorum, hominum et omnium creaturarum: *in omni populo et in omni gente primatum habui* (Eccli. 24). Hunc primatum, hancque Mariæ nascentis supra omnes creaturas exaltationem indicat propheta, cum ea reginam simpliciter et per excellentiam vocat: *astitit regina a dextris tuis* (Psalm. 44). Maria e sinu Annæ exiens non unius aut alterius terrestris regni regina, sed dicitur suppliciter *regina*, quia in die nativitatis, imo et conceptionis eam Deus ita honoravit et sublimavit, ut illam cœli et terræ, hominum aut angelorum reginam constituerit: *ipsa in primo instanti conceptionis monarchiam obtinuit totius universi* (D. Bernardin. ser. 61, ar. 1, c. 7). O præcelsam Mariæ gloriam! O quam Mariæ gloriosus fuit dies nativitatis ejus! Ut autem evidentius pateat, quam Mariæ gloriosa sit illa dies, in qua nata est, serio perpendamus et sedulo inquiramus, a quo nascatur, qualis nascatur et quare nascatur hodie Maria: 1. a quo nascatur, seu qui fuerint parentes ejus; 2. qualis nascatur, seu qualis ipsa fuerit in ortu suo; 3. quare nascatur, seu cur Deus eam in hoc mundo nasci et venire voluerit.

1. Nascitur et originem suam dicit Maria a progenitoribus sanctis et nobilibus; norunt enim omnes, quod Anna et Joachim, quorum sanctitas et virtutes in toto terrarum orbe coruscant, Dei Genitricis Mariæ parentes fuerint: et si ultra inquiramus quos majores habuerit Maria; in arbore ejus genealogico quamplurimos annumerari viros peroximia sanctitate et nobilitate præcellentes quisque facile reperiet, inter quos multi duces, multi summi Pontifices et multi reges recensentur. Legat qui voluerit ejus genealogiam apud sanctum Mattheum Evangelistam, a Spiritu Sancto delineatam, in qua



observare quisque poterit, eam a quatuordecim fortissimis ducibus, a totidem potentissimis regibus, ac a multis aliis tum pietate, tum nobilitate illustribus viris originem ducere. Gloriosum est ergo Mariæ, quod a tantis viris nascatur. Gloriosior noscitur ejus natiuitas, si spectemus qualis nascatur, seu *qualis sit in ortu suo Mariæ*.

2. Nascimur nos filii iræ, filii miseriæ et filii contumeliæ: cum enim a materno ventre egredimur, mentes nostras involvunt tenebræ, fetosæ originalis peccati sordes animam nostram inquinant, calamitatibus multis undequaque circumdamur, gratia divina caremus, æterna gloria indigni sumus et ad omne bonum sumus inepti: at Mariæ in natiuitate sua est sanctitatis thesaurus, gratiarum pelagus, ac Dei paradus. Ex tunc lumine rationis illustratur intellectus ejus, Dei amore cor ejus inflammatur et anima ejus summa puritate, ac omnium virtutum splendore nitescit. Ex tunc Mariæ tota pulchra est, Dei amica et ab omni macula immunis: *tota pulchra es amica mea et macula non est in te*. Ex tunc Mariæ est gloria Jerusalem, lætitia Israël et honorificentia omnium fidelium: *tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri* (Judith.). Ex tunc non a sinistris, verum a dextris Dei atq. Mariæ in vestitu deaurato, seu aurea charitate fulgens et circumdata varietate omnium virtutum (Psal. 44). Mariæ enim nascitur hæres Davidis in mansuetudine, Salomonis in sapientia, Abrahamæ in fide, Assæ in robore et fortitudine, Josaphat in observatione legis divinæ, Besechie in cura et sollicitudine quaerendi Dominum. Simulq. in se ipsa coadunatas habet omnes animi dotes et coelestia charismata, quibus omnes majores illius conspici et insignes extitere. Ecce qualis a tam illustribus parentibus nascatur Virgo Mariæ: *tanti talem genere parentes*. Merito ergo gloriosissima censetur dies natiuitatis ejus, si perpendamus qualis ipsa in lucem exit; et adhuc ei gloriosior reputabitur illa dies, si attendamus *quare et ad quid nata sit*.

3. Dei infinita sapientia omnia in tempore futura ab æterno disponit et præordinat; ut igitur sciamus ad quid in tem-

pore nascatur Mariæ, inquirendum ad quid ab æterno a Deo ordinata sit. *Ab æterno*, inquit, *ordinata sum* (Prov. 8): ad quid ordinata es, o Mariæ? Respondet sanctus Bernardus, *ordinata est, ut Virgo et Mater simul oriretur*. Propterea sicut Mariæ ab æterno ordinata dicitur, ut fieret Mater Christi, ita et ipsa in tempore nascitur ut sit Mater Christi: hic est finis propter quem hæc die nascitur Mariæ, ac proinde hæc dies est ei maxime honorifica, quia nil gloriosius Mariæ, quam quod Christi Domini sit Mater: *hoc ipsam de B. Virginis prædicare, quod Dei Mater est, excedit omnem celsitudinem, quæ post Deum dici et excogitari possit* (O. Anselm.). Aliæ creature possunt Christum vocare Redemptorem vel Creatorem; hæc summa est Mariæ gloria, quod ipsa sit Mater Christi, quodque ipsa sola, simul cum Patre æterno Christum vocare possit Filium suum: *nil nobilitas Dei Matre et præstantius nihil; quippe cum Filium suam illum vocare possit, a quo summa nobilitas pendet: illum, inquam, de cujus filiatione gloriatur æternus Pater, et ait, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Potest quidem angelus eum vocare et dicere, Creator meus es tu; potest homo dicere: Redemptor meus es tu; possunt alia cuncta dicere: Deus meus es tu; potest autem B. Virgo dicere: Filius meus es tu, et de meis visceribus genui te* (Epiph. orat. de laud. Virg.). O quam gloriosum Mariæ, quod sit Christi Mater et quod sola simul cum Patre æterno, eum Filium suum appellare possit! Certe si credamus Doctore Angelico, hæc maternitas dignitatem et gloriam quodammodo infinitam Mariæ confert: *B. Virgo*, inquit, *ex hoc quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus* (I p. q. 28, art. 6). Cum ergo Mariæ hæc die in hunc mundum veniat, ut sit Christi Mater, hæc quidem dies oritur ei gloriosissima, et jure appellatur dies honoris et gloriæ Virginis; *insuper dies natiuitatis Mariæ est etiam dies gaudii respectu hominum*.

## II PARS.

*Dies natiuitatis beate Virginis est dies gaudii  
et letitiæ respectu hominum.*

Flendum quidem potius, quam gaudendum in natiuitate puerorum, quia, ut ait Job, dies natiuitatis est ingressus ad multas tam culpæ, quam pœnæ miserias: *homo natus de muliere, breui vicens tempore, repletur multis miseriis* (Job. 13). Aliter vero ratiocinandum de B. Virgine, quæ sicut omnis peccati experta nascitur, ita et nulli spirituali miseriæ fit obnoxia; quin e contra in hunc mundum venit, ut omnem benedictionem hominibus adferret, totumque genus humanum consolaretur, nobilitaret, exaltaret, et per filium ab ipsa periturum, ad celos eueheret. Itaque hæc die, sicut in ipsa die natali Christi, gaudendum et exultandum: *exultemus et sicut gaudere solemus in natiuitate Christi, ita etiam et gaudeamus in natiuitate Matris Christi* (Petr. Dam. s. in nat. Virg.). Varia in Mariæ natiuitate omnibus hominibus habentur gaudendi motiua, quorum nonnulla, ut aduertit Rupertus Abbas his verbis comprehenduntur: *quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol?* (Cant. 6). In natali enim Virginis omnes gaudere debent homines, quia ipsa oritur 1. quasi aurora; 2. quasi luna; 3. quasi sol.

1. Maria in natiuitate sua vere aurora fuit, quoniam, inquit Rupertus Abbas, *sicut aurora quotidiana, finis est præteritæ noctis et initium diei sequentis, sic natiuitas Mariæ finis dolorum fuit, consolationis fuit initium: finis tristiuiæ et letitiæ nobis extitit principium* (6 in Cant.). Ab Adami lapsu tenebræ peccati erant super faciem abyssi, omnesque homines in continua debebant nocte; apparente autem hæc aurora, seu nascente Maria, cuius ministerio tenebræ peccati fugantur et lux gratiæ mundo lucret, universus sane terrarum orbis exultare et jubilarè oportet, dièsque illa quæ nata

Dei Genitrix, est verè dies gaudii et letitiæ respectu hominum. Populi septentrionales, qui sex mensium spatio in crassa et obscura nocte versantur, solis reditum summo affectu concupiscunt; hinc in summis montibus cacuminibus egrobias agunt, ut albescente celo, facto tubarum sono, incolis auroram denunciant; quæ apparente, ineffabili repletur gaudio. Humanum pariter genus, vespertilionum aut noctuarum instar, non sex dumtaxat mensium, verum longo sæculorum multorum intervallo, in tetra scelerum, nocte debebat et, ut ait Isaias propheta: *tenebræ operiebant terram et caligo populos* (Isa. 6). Jamvero nata Virgine, surrexit aurora, quæ finem præteritæ noctis et diem gratiæ hominibus prænucciavit; hinc Mariæ natiuitas omnibus plane hominibus dies gaudii et exultationis extitit. Quod ut alia non absimili suadescamus ratione, aduertendum quomodo, uti quotidiana docet experientia, aurora post breuem noctem illucescente, flores sese pandero, avicula cantu aërem mulcere, ægroti subleuari, prætè ipsa suo modo ridere ac omnia hilarescere videantur. Si autem hæc omnia quotidie fiunt, adveniente aurora, quæle gaudium foret, si Deo sic providente, per plures annos noctem continuam haberemus? Certe tunc illucescente aurora, vix præ lætitiâ homines se capere possent; tunc inenarrabili omnes repleverentur gaudio. Subest ergo quod magis gaudeant in die natiuitatis B. Virginis, quæ tanquam aurora, post tetram multorum sæculorum noctem hominibus illuxit. Dies ergo natiuitatis B. V. Mariæ est dies gaudii et letitiæ, quia ipsa oritur, quasi aurora, ac etiam quia ipsa oritur ut luna.

2. In mystico Ecclesiæ celo Christus Dominus sol appellatur: sancti vero sunt astra, quæ ab illo sole lucem suam accipiunt. Sicut autem a sole plus luminis accipit luna, quam alia sidera, ita et in mirabili Ecclesiæ celo Maria est ut luna, quia a Christo, sole iustitiæ, plus luminis accipit, quam alii sancti, qui quasi fulgentes stellæ in Ecclesia rutilant. Ideo cum plus luminis a Christo accipiat Maria, quam alii sancti, ita etiam abundantius et clarius nobis lucret, quam alii omnes sancti: hæc hodie mundo oritur quasi luna, quæ a sole iustitiæ



Christo abundantissime irradiatur, quæ per seipsam ac per Filium a se parituram opacas, quibus mundus superfunditur, peccati, ignorantie et erroris tenebras expellit, plus nobis lucis et gratiarum allatura, quam omnes sancti, qui in cælo fulgent. Itaque dies nativitatis Mariæ vere dicendus dies gaudii, quoniam ipsa progreditur, ut luna nos illuminans, ac etiam quia progreditur ut sol.

3. Maria dicitur *electa ut sol*, tum quia sicut sol oritur ex alto, singulari splendore rutilans, sic Maria ex alta regum et prophetarum progenie oriens, speciali splendore refulget: tum quia sicut sol omnes alios planetas nobilitate et fulgore præit, ita beata Virgo, generis nobilitate et virtutum splendore, omnes alias creaturas antecedit: tum quia sicut sol præstantissimum est totius mundi ornamentum, ita etiam Maria præcellentissimam est totius mundi deus et ornamentum: tum tandem Mariæ principaliter dicitur *electa ut sol*, quia sicut sol a Deo creatur et statuitur, ut medius stet inter planetas, quorum tres supra et tres infra se habet, ita et Mariam Deus elegit, ut mediæ sit et mediatrix inter ipsum et homines. Christus sol iustitiæ electus est a Patre, ut inter ipsum et homines mediator existat: *unus mediator Deus et hominum homo Christus Jesus*; Maria autem est *electa ut sol*, hoc est ut Christus; seu ut ipsa mediatrix etiam sit Deum inter et homines: *Mariæ effecta est Dei et hominum verissima mediatrix* (Laur. Just. s. de Annunc.). Quapropter cum Maria nascatur hodie non solum ut *aurora* diei prænuucia et ut *luna* nos irradians, verum etiam ut *sol* inter Deum et nos medius stans, certissimum est, diem nativitatis ejus, esse diem gaudii et lætitiæ respectu hominum. Pie ergo et sancte gaudeamus in die natali beate Virginis, quæ est dies gaudii et lætitiæ respectu hominum, et quæ est etiam *dies terroris et tristitiæ, respectu demonum*.

## III PARS.

*Dies nativitatis Mariæ est dies terroris et tristitiæ respectu demonum.*

Aurora, ut latine lingua periti docent, dicitur quasi *avium hora*, quia, illucescente aurora, aves gaudent, ac suavissimo concentu aëra mulcent. Maria autem in nativitate sua auroræ speciem prætulit: nam, ut ait Richardus a sancto Laurentio, ipsa nascente, aves cæli, seu angeli Dei, suas modulati voces in laudes ejus læti proruperunt: *aurora, quasi avium hora: quia, Maria oriente, aves cæli, angeli scilicet, concorditer laudant eam (de laud. Virg. 7)*. Si autem Dei Genitricis nativitas fuit dies gaudii et lætitiæ respectu angelorum, fuit etiam dies terroris et tristitiæ respectu demonum, quia hæc adolescentula eis terrorem incussit: *virgo principibus tenebrarum terribilis fuit* (Richard. Vict. in Cant. 26). Postquam demon pervorsis sitis personium Adamum, Hevam et universum genus humanum vitavit, adstitit vindex Deus, ac in tanti flagitii poenam culpatisimum satana dixit: *inimicitias ponam inter te et mulierem* (Gen. 3). Ecce supplicium cui Deus reum demonem adjudicavit; quod quidem levissimum censebunt, qui rem serio non ponderabunt; revera non leve, imo gravissimum exitiit hoc a Deo satana impositum supplicium, quia mulier de qua tunc loquitur Deus, est Maria, quam maxime timent demones: *non sic timent hostes visibiles castrorum multitudinem copiosam, sicut aëreæ potestates Mariæ vocabulum, patrocinium et exemplum* (D. Bonavent. in spec. Virg. 6, 2). Quare cum Maria sit demonibus inimica, infesta et formidanda, dies qua prodiit in lucem, fuit eis dies tristitiæ et terroris. Sæculum, quo nata Maria soror Moysi, infelix fuit et infaustum; quo enim tempore in lucem venit hæc Maria, cæperunt Aegyptii Judæos affligere. Quamobrem, ut adnotat Genebrardus (lib. 1 *chronol.*), hæc vocata est

*Maria* ab amore, seu ab amaritudine quam temporibus ejus passi sunt Judaei. Dies autem ortus *Mariae Dei Genitricis* felix simul censendus et infelix; felix fuit et jucundus hominibus et angelis Dei, qui in ejus nativitate letati sunt; infelix exiit et amarus angelis satanae, seu demonibus, quibus *Maria* evasit terribilis, sicut et plus quam castrorum acies ordinata. Terribilis fuit demonibus S. Franciscus a Paula; terribilis et formidandus eis exiit S. Antonius Paduanus; terribiles eis fuere nonnulli alii sancti, qui eos solo verbo ab energumenorum corporibus spulerunt; atvero una *Maria*, eaque jam a matris utero egrediens, non solum iis terribilis exiit sicut hic, vel ille sanctus, sed veluti, imo et plus quam bene ordinata virorum sanctorum acies. *Mariam Dei Genitricem*, colorum reginam, advocatam peccatorum et christianorum auxilium vocare solemus, necnon aliis multis glorie titulis eam insignimus; Clemens Alexandrinus novo et stupendo loquendi modo eam *serpentem feminam* nunciat. Serpentis nomen demoni perfectissime congruit, qui serpentis instar imundus, tortuosus, fallax et seductor est; quo sensu autem *serpens* dici potest *Maria*, cujus puritas singularis, innocentia maxima et sanctitas admiranda? Responderi posset; *Mariam* dici *serpentem*, quia sicut diemon sub serpentis specie Hevam seduxit; ita et a *Maria* quasi ab altero serpente satanabolus seductus et devictus est: *sicut diabolus seduxit feminam, ita postmodum a femina seductus est* (S. Bern. ho. 2 *super Missus*). Vel dicendum *Mariam* appellari *serpentem feminam*, quia sicut diemon est serpens quem maxime timent homines, ita et *Mariam* quasi serpentem timent et reformidant demones: nec magis homo aliquis serpentem timet, quam demones *Mariam* pertimescant. Haec est differentia serpentem inter et leonem, lupum, ursum, leopardum, atque quantumvis ferocia animalia, quod cum istis ludimus dum parva sunt, eaque solum timemus cum grandia sunt; serpentem vero quantumvis parvum horremus et pertimescimus. *Maria* ergo dicitur *serpens femina*; quia adhuc parvula et recens nata demonibus formidabilis et terribilis efficitur, qui eam non solum in celo regnantem, verum et ex matris

sinn vix egressam pavide perhorrescunt; ideo merito nativitas ejus habetur ut causa terroris et tristitia cunctis demonibus. Itaque cum adeo ipsis terribilis sit *Maria* adhuc in cunis viciens, auxilium ejus adversus tartareas illas potestates suppliciter imploremus; ad eam saepe advolemus, dicamusque ei cum Doctore Seraphico: *rogamus te, o Virgo potentissima, ut arceas demones a nobis (in spec. Virg. lect. 12)*; vel summi Pontificis Innocentii III. utamur verbis dicentes: *O Maria, ex dignitate qua Deo Mater es, imperare potes demonibus; compesce demones, ne nobis noceant*. Ad *Mariam* patrocinium praecipue confugiamus pro instante mortis nostrae tempore et hanc ab Ecclesia institutam orationunculam crebro repetamus: *sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostrae*. Veterator satanas toto vite nostrae tempore malignis suasionibus et importunis tentationibus ad peccatum et infernum nos pertrahere conatur; atque tunc maxime, cum instat mortis nostrae hora; tunc descendit *diabolus habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet* (Apoc. 12); tunc suas omnes explicat artes, tunc omnes tendit laqueos, omnesque sibi notas tunc parat insidias, ut animas nostras rapiat, sui juris faciat et ad tartara ducat. *Mariam* ergo invocemus summo opere demonibus terribilem; ejus pro toto vite nostrae tempore et praecipue pro imminente mortis nostrae hora, auxilium imploremus, haec verba iterantes: *sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostrae*. Si autem *Maria* stet pro nobis, ferocissimos quoque fugabit demones, ac a Deo gratias obtinebit, quibus mediantibus aeternam beatitudinem facile obtinebimus. Amen.



## DE SANCTO MATTHÆO APOSTOLO

## CONCIO UNICA.

*Cum transiret Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, et ait illi: sequere me. Et surgens, secutus est eum (Matth. 9).*

Multi in celo exultant sancti, qui, dum in terris viverent, suas nullo lethali crimine inquinaverunt animas; et alii multi in celo nunc regnant qui in hoc mundo homines peccatores fuerunt, et in gravia crimina infelicitate ceciderunt. Nulla quidem eorum nimia laus, nec est, qui laude dignos non censeat illos, qui mediis in seculi vitis ita caute ambulaverunt et animæ salutem adeo sollicite incubuere, ut nulla unquam lethali noxa suas animas denigrarint. Non minore tamen laude digni videntur Thomas apostolus, Magdalena, Matthæus et alii sancti, qui in mortalia quandoque lapsi, ea deinde per penitentiam abierunt, quibus si turpe fuit ad mortalia peccata declinare, gloriosum extitit talia monstra debellare et ad Deum per arctam penitentiam viam redire. Laudemus ergo Matthæum, quem sancta laudat Ecclesia; illustrem hunc laudemus apostolum non quia peccavit et aliquamdiu inimicus Dei vixit, verum quia per penitentiam a peccatis surrexit, Deoque reconciliari et æterna præmia assequi meruit. Illum Christus in telonio sedentem vidit; illum ad se vocavit et ille a telonio surgens, Christum secutus est: *et surgens secutus est eum.* Videamus Matthæum in telonio sedentem, Christum convivio excipientem et a Christo ad aliorum Ecclesie munia evectum. *Ace.*

Sanctus Matthæus considerari potest ante conversionem, in conversione et post conversionem. Ante conversionem Matthæus erat homo, qui sedebat in telonio: *vidit hominem sedentem in telonio.* In conversione hic homo surrexit a telonio, ut Christum sequeretur: *et surgens.* Post conversionem, hic

homo Christum secutus est: *et surgens secutus est eum.* Matthæus ante conversionem varia exercebat officia, a quibus surgere et quæ relinquere debebat, ut Christo placeret. In conversione, ab iis surrexit, illa reliquit et grande convivium Christo fecit: post conversionem secutus est Christum et eminentes dignitates in Ecclesia obtinuit. Videamus Matthæi officia, convivium et dignitates: 1. officia, quæ ante conversionem exercebat; 2. convivium, quod in conversione Christo fecit; 3. eminentes dignitates, quas post conversionem in Ecclesia obtinuit.

## I PARS.

*Officia quibus sanctus Matthæus ante conversionem incubuit.*

Plerique apostolorum ante conversionem piscatores erant, et qui pisces capere solebant, a Christo ad capiendos et ad salvandos homines vocati sunt. Sanctus Matthæus artem piscatoriam haud exercebat, inquit Vincentius Ferrerius (serm. de S. Matth.); ipse tria officia gerebat mala, quorum unum erat periculosum, aliud criminiosum et aliud odiosum. Habebat enim 1. officium camporis, quod est periculosum. 2. officium usurarii, quod est criminiosum; 3. officium collectoris jurium imperiarum, quod est odiosum.

1. Omnes qui multas tractant pecunias, in magno versantur peccandi periculo, tum quia ex frequenti pecuniarum contractatione nimis ad eas nascitur affectus; tum quia ii, qui multas possident pecunias, terrena etiam multa agere solent negotia, quibus ita se immergunt, ut Dei, suæque salutis obliviscantur; tum quia sicut qui tractat oleum, carbones, vel picem, inquinatur ab eis, ita qui tractat pecunias, ab iis inquinari solet. Et ideo dicit Sacra Scriptura; *qui tetigerit pecem, inquinabitur ab ea* (Eccl. 13). Cum autem si omnibus periculosa sit pecuniarum contractatio, id præsertim evenit cam-

psoribus: *tum* ob intentionem usurariam, cum qua sua sæpe exerceant officia; *tum* ob lucra ipsis ratione cambii accedentia, quæ sæpe accipiunt, vel cum nimio excessu, vel sine justo titulo. En igitur officium periculosum, cui ante conversionem vacabat Matthæus, qui *in civitate Capharnaum, quæ est maritima, tenebat tabulam, sive mensam cambii* (S. Vinc. Ferr. ib.). Matthæus ergo ante conversionem sedebat in telonio, seu *in mensa cambii*, ut explicat sanctus Vincentius Ferrerius; ibique sedebat, inquit sanctus Petrus Chrysologus, *quia stare non poterat, pondere cupiditatis oppressus* (serm. 23). Ibi sedebat, nec surgere poterat, nisi adjuvaret Jesus. Ibi sedebat, et cum ibi sederet Matthæus, transivit Jesus, qui illum vidit, illumque vocavit: *cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, et ait illis: sequere me et surgens secutus est eum*. Christi omnes apostolos ad se trahentis virtutem admiratur sanctus Joannes Chrysostomus; tamen Christi virtutem in Matthæo, quam in aliorum apostolorum conversione magis eluxisse fatetur, quia tunc eum convertit, cum adhuc in telonio sederet et cum in periculoso camporis officio persisteret. *Monstrat vocantis virtutem, quoniam non desistentem a periculoso officio, ex mediis ipsum evulsit malis*. Ad hæc Matthæus non solum habebat camporis officium, quod est periculosum, *gerebat etiam officium usurarii, quod est criminisum et ex se malum*.

2. Usura grave est peccatum, cum jure natura, jure divino, jure humano, tam ecclesiastico, quam civili prohibeatur; usuramque ita detestatur Ecclesia, ut usurarios publicos excommunicet, ad ecclesiastica beneficia inhabiles declaret, in loco sacro sepeliri vetot, aliisque gravibus pœnis plectat. Matthæus autem, quasi ex officio usurarius erat, usuris enim pecunias fraudabat. *Erat fraudator pecunie* (Chrysol. serm. 30). Ille etiam lucris usurariis multa patrabat crimina: *lucrorum cumulabat peccata*. Et ut ait sanctus Vincentius Ferrerius, *Matthæus habebat officium criminisum, quia erat usurarius*. Magnum habebatur discrimen Matthæum inter et alios apostolos, quos Christus elegit. Alii enim apostoli erant pauperes et Mat-

thæus erat dives; alii erant humiles piscatores, qui res ad vitum necessarias manu et arte sibi comparabant: Matthæus vero vir erat ditissimus, *lucris sæculi onustus*, ut ait sanctus Petrus Chrysologus (serm. 28). Et si ab eodem Chrysologo petas, quibus vis dives evaserit sanctus Matthæus, respondebit: *Matthæum, de telonio dicitem, de usuris locupletem*. De usuris quidem locuples dicitur, quia criminisum usurarii officium exercebat et tali officio ditatus erat. Matthæum autem, ex officio usurarium vocavit Christus, dicens ei: *Sequere me*. Non ei pollicitus est Christus, quod illum faceret apostolum, piscatorem hominum, Evangelii sui prædicatorem et totius orbis pastorem, hoc unum illi imperiali voce dixit: *sequere me*: quasi dicat; *depone tanta fraudis onera, pondera cupiditatis, usurarum molem* (Chrysol. serm. 54) et sequere me. Quo audito, Matthæus deposita pecuniarum sarcina et dimisso sceleroso usurarii officio, secutus est Christum. Matthæus ergo gerebat officium criminisum et habebat etiam officium collectoris jurium imperatoris, quod erat odiosum.

3. Jurium regionum collectores plerumque odio habentur a populis, quoniam, potestate sibi tradita et officio quo funguntur abutentes, populos vexare solent, pauperes inique gravant, eosque plus justo solvere cogunt. Odioso autem hoc fungebatur officio Matthæus, qui *erat telonearius, colligens jura imperatoris* (S. Vinc. Ferr. ibid.). Unde de Matthæo dicitur, quod esset publicanus et quod in telonio sederet. De illo dicitur, quod esset publicanus, seu vectigalium publicorum exactor et collector, ut docet venerabilis Beda: *publicani vocantur hi, qui vectigalia publicæ exigunt*. De eo etiam fitur, quod sederet in telonio; ex quo patet, eum fuisse vectigalium et jurium imperatoris collectorem; telos enim Græce, Latine idem est ac vectigal, et Matthæus sedens ad telonium nil aliud est, quam Matthæus sedens ad collectionem, *curam, dispensationemque vectigalium*, ut exponit Doctor Angelicus. Matthæus ergo *odioso colligendi et exigendi vectigalia fungebatur officio* (Petr. Dam. ser. 49); et tamen mox ut eum Christus vocavit, *surgens secutus est eum*. Non petiit a Christo



facultatem invisendi parentes, ut illis valediceret; veniam non postulavit, temporaneum aliquod negotium prius perficiendi vel imperatore adeundi, ut illi officii et negotiationis suae rationem redderet: *sed officii sui rationes incompositas et imperfectas relinquens* (D. Thom. Cat. aur. in h. l.), ut ait sanctus Remigius, statim et absque ulla mora secutus est eum. Miramini efficaciam vocationis Christi, miramini promptam obedientiam Matthaei, miramini hujus camporis, usurarii et publicani conversionem; et si hic homo, qui tam periculosa, tam scelerosa et tam officiosa exercebat officia, convertatur ad Dominum et salvetur, de vestra conversione et salute nolite desperare. Advertite, quod Matthaeus in Evangelio a se scripto *se publicanum nominat, ut ostendat legentibus, nulum debere salutem desperare, si ad meliora conversus sit, cum ipse de publicano in apostolum sit repente mutatus* (S. Hier. cit. in cat. aur.). Itaque quocumque fungamini officio, nolite de salute desperare; tamen si officia exerceatis, quibus indignos vos noscitis, vel quae vos ad multas injustitias, multaque scelera trahunt, ea abjicite; melius enim vobis erit hujusmodi officia relinquere, quam in aeternum damnari. Postquam locuti sumus de officis, quae Matthaeus ante conversionem exercuit, de convivio, quod in conversione sua Christo fecit, aliquantulum disseramus.

## II PARS.

*Convivium quod Christo fecit Matthaeus.*

Matthaeus publicanus dissimulus et lucris saeculi onustus Christo magnum fecit convivium, ad quod alios multos invitavit publicanos, ex quo Pharisei occasione murrurandi sumpserunt: *fecit ei convivium magnum Levi in domo sua, et erat turba multa publicanorum et aliorum, qui cum illis erant discumbentes et murrurabant Pharisei* (Luc. 5, 29). De hoc autem convivio tria scitu digna explicabo: 1. cur

Matthaeus hoc convivium fecerit; 2. cur Christus ei adfuerit; 3. cur Pharisei murruraverint.

1. Sicut qui statum religiosum amplectuntur, ut ostendant, quanto gaudio valeant mundo, terrena omnia relinquunt et religioni suae dent nomina, convivii cujusdam speciem facere solent et nonnunquam magna convivia parant, ita, inquit sanctus Vincentius Ferrarius, Christo et aliis magnum et magnificentum fecit convivium Matthaeus, ut manifestaret, se non aegre, at libere, hilariter, ac summo cum gaudio terrenis abrenunciare et Christi Salvatoris obsequio se consecrare. Alia ratio, qua Matthaeus ad convivium Christo parandum adducitur, est, ut Christi affectum et benevolentiam sibi conciliet. Qui enim antea magnatum amore sibi conciliare curaverat, jam a Christo solum amari desiderat et ideo ut ejus benevolentiam acquirat, eum convivio excipit; ac ut loquitur Chrysologus, *suscipit susceptorem suum, pastorem suum pascit, ut cibi et potus sanore debiorem suum sibi faciat et acquirat* (serm. 5). Alia et potissima ratio, qua ad convivium Christo faciendum motus censetur Matthaeus, fuit, ut Christus in hoc convivio alios publicanos simul invitatos converteret; haec erat Matthaei intentio, hic finis quem sibi proposuerat: *intentio beati Matthaei fuit, ut illi etiam converterentur* (S. Vinc. ibid.). Sic ratiocinabatur Matthaeus: si Christus me convertit, licet publicanus essem, multisque saeculi negotiis involutus, ita et convertet illos. Propterea magnum convivium fecit, ad quod Christum et publicanos invitavit, ut in hoc convivio Christus illos converteret.

2. Ecce cur Christo convivium fecit Matthaeus; jam vero cur Christus, qui crebris jejuniis carnem suam affligere solebat, festivo Matthaei voluit adesse convivio? Cur Salvator, qui carnem nostram crucifigere docuit, magno interfuisset convivio, ubi non crucifigitur, imo fovetur et delicate nutritur caro. Scio, superbos Phariseos tenere judicasse, quod Christus illi adfuerit convivio, ut exquisito cibus ventrem impleret et ut abdomini satisfaceret: *Phariseus prandium dominicum putat non virtutis esse, sed ventris; non spiritus, sed carnis*: non

*divinae bonitatis, sed voluptatis humanae; terreni luxus, non gratie coelestis* (Chrysol. serm. 30). Verum absit talia cogitare de Christo, qui semper ob fines sanctos et supernaturales operabatur. Et si credamus Chrysologo, Christus huic non adfuit convivio, ut oppare epularetur, sed ut testaretur, se gaudere de reditu et conversione Matthaei, qui multis negotiis temporalibus pluribusque peccatis manebat irretitus: *Christus epulabatur, non cibis, sed reditu peccatoris* (serm. 19). Si fidem adhibeamus Chrysostomo, huic convivio non adstitit Christus, ut ventri consuleret, sed ut majorem fiduciam praestaret Matthaeo: *vocatum autem Levi Dominus honoravit, dum cum eo confestim epulatus est. Hoc enim ei majorem praestabat fiduciam* (in cat. aur. Luc. 5). Addamus, quod huic convivio adfuerit Christus, ut ibi occasionem sumeret monendi, corripiendi, erudiendi et convertendi alios publicanos, qui illic conveniant, et revera illos convertit: ut enim ait Theophylactus, *alios publicanos, cum quibus convalescebatur, lucratus est Dominus: nam propterea illorum conviva fit, ut illos atrahat* (in cap. 5 Luc.). Ecce cur Matthaei convivio adfuerit Christus. Viso autem fine, quo ad tale convivium accessit Salvator, inquiramus, cur murmuraverint Pharisaei.

3. Circa finem convivii, ut advertit sanctus Vincentius Ferrerius, cum januae domus sancti Matthaei manerent aperta et quidam ex Christi discipulis prope portam comederent, accesserant ad eos Pharisaei murmurantes. *Murmurabant Pharisaei et Scribae eorum dicentes ad discipulos ejus: quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis?* (Luc. 5). Cur sic murmurabant Pharisaei? Videatur, quod murmuraverint, ob duos malos et pessimos fines: *primo* enim murmurabant, ut discipulos a Christo evertent. *Pharisaei, volentes discipulos a Christo avellere, accusabant publicanorum convivium* (Theoph. in cap. 9 Mat.). Et revera hunc fuisse finem a Pharisaeis intentum, patet ex ipsis verbis Pharisaeorum, qui coram discipulis murmurantes dicebant eis: *quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis?* quasi dicant: cur adheretis Christo tamquam Messiae et quasi homini a Deo misso ad

salutem populorum, cum videatis illum conviviis adstare, ac cum publicanis et peccatoribus manducare? Certe illi valedicere et ad propria redire debetis. Ecce quid suis murmuribus intendebant Pharisaei: ecce primum finem quem in mente habebant. *Secundo* murmurabant Pharisaei, quia tanta rumpebantur invidia, ut ferre non possent, quod viri usurarii et publicani caelum raperent: *invidia accendebantur, eo quod usura, quae vastabat terram, tollebatur ad caelum* (Chrysol. serm. 28). Videbantur Pharisaei vero zelo succensi, cum murmurantes dicebant; cur Christus et discipuli ejus cum publicanis et peccatoribus manducarent? Reipsa non igne veri zeli, at igne invidiae exardescabant. Invidebant Christo et invidebant iis qui convertebantur; *invidebant Christo*, qui ubique etiam in ipsis conviviis peccatores ad se trahebat et ad Deum convertebat: *invidebant* publicanis et peccatoribus, eo quod ad Deum converterentur et caelum raperent. Ecce quae de Matthaei convivio dicenda censuimus. Modo postquam de Matthaei convivio locuti sumus, finem huic orationi faciamus *aliquantulum disserendo de dignitatibus, quibus Matthaeus post conversionem floruit.*

## III PARS.

*Eminentes dignitates, quas post conversionem  
Matthaeus in Ecclesia obtinuit.*

Magnus post conversionem exiit sanctus Matthaeus et ad magnas dignitates in Ecclesia erectum novimus. Fuit enim apostolus, evangelista et martyr: 1. *fuit apostolus* et inter apostolos zelantissimus; 2. *fuit evangelista* et inter evangelistas primus; 3. *fuit martyr* et inter martyres gloriosissimus.

1. Christus, qui de lapidibus suscitare poterat filios Abrahae, Matthaeum publicanum camporem et cambiis usurariis deditum unico intuitu et duobus verbis in apostolum immutavit. Vocanti enim Christo neque obstitit, neque vacillavit Matthaeus, imo protinus obtemperavit: cumque audivit Christum dicen-



tem: *sequere me, statim, relictis omnibus, surgens, secutus est enim*. Proinde qui antea ut peccator inspiciebatur, ad dignitatem apostolicam erectum et apostolorum collegio se aggregatum vidit. Ecce Matthæum ad apostolicam dignitatem sublimatum, qui inter apostolos fuit zelatissimus, summoque zelo apostolica munia obivit. Postquam enim in die Pentecostes Spiritus sanctus in linguis igneis super apostolos descendit, ipsi diviserunt sibi totum terrarum orbem et cuique aliqua contigit mundi pars, ubi Christi fidem prædicaret. Matthæus autem zeli et Spiritus Sancti igne succensus, primo Parthos adiit, ubi tot erant barbari, quot homines; deinde Palestinæ cunctas peragravit regiones, in quibus gravia perpressus et ardua pro animarum salute operatus est. In Æthiopiâ postea se contulit, eodemque semper accensus apostolico zelo, ibi prædicationibus, præclaris vitæ exemplis et miraculis multas gentes convertit ad Christum. Nec hic statit apostoli Matthæi zelus: in Ægypto enim et Mesopotamiâ prædicavit, totque nationes peragravit, ut universum mundum suis virtutibus, suisque concionibus illustrasse videatur: *Matthæus totam orbem splendore evangelicæ prædicationis irradiat* (Chry. serm. 30). Ecce apostolum zelatissimum: Matthæus autem fuit etiam Evangelista et inter Evangelistas primus.

2. Matthæus procul dubio primus inter Evangelistas recensetur ratione temporis, quo Evangelium scripsit. Ut enim ait Theophylactus, *Matthæus omnium primus scripsit Evangelium Hebræo idiomate ad eos qui ex Hebræis crediderant, post octo annos assumpti in caelos Christi; Marcus post decem annos assumpti in caelos Christi, ex ore Patri edoctus, scripsit; Lucas autem post quindecim annos, denique Joannes post triginta duos annos (præfat. in Matt.)*. Matthæus ergo fuit Evangelistarum primas ratione temporis, quo scripsit Evangelium. Et in eo etiam respectu aliorum Evangelistarum, apparet quædam præcellentia et quidam primatus dignitatis: *quem cæteris novimus in scribendo Evangelio primam, non ambigimus inter eos illi fuisse ejusdem privilegii primatum* (Petr. Damiani). Lucam quidem et Marcum digni-

tate præcessit Matthæus, quoniam illi apostolicam dignitatem carebunt qua ipse præfuit. Joannem etiam Evangelicam dignitatem prævit, quoniam hic martyr non occubuit (1); Matthæus vero Evangelium quod scripsit, sanguine suo purpuravit et martyrio confirmavit. Ac proinde Matthæus alios Evangelistas aliquo modo dignitate prævit: *estque Evangelista Evangelistarum, qui Dux et processor, ac primus omnium reperitur* (Petr. Damiani serm. 59). Hunc Matthæi supra alios Evangelistas primatum egregia similitudine explicat eminentissimus cardinalis Petrus Damianus, qui quatuor Evangelistas conferebat cum quatuor illis fluminibus, que ex terrestri paradiso suam ducunt originem, Matthæum per fluvium Phison, qui est omnium primas et a quo aurum purissimum oritur, representari asserit: *sicut Phison primus est fluviorum de paradisi fonte procedentium, ita Matthæus inter reliquos Evangelistas primum obtinet locum*. Matthæus ergo fuit inter Evangelistas primus. *Fuit etiam martyr, et inter martyres generosissimus*.

3. Iphigeniam, Epigii regis Æthiopum filiam, sacro baptismatis lavacro initiavit et ad emitendum virginittatis votum adduxit Matthæus. Quod agere tulit Hirtacus rex, Epigii successor, qui eam in uxorem accipere amabat; cumque sacrilegum cum ea matrimonium inire pertentasset, desiderium ejus improbavit Matthæus et sanctam virginem Iphigeniam ad servandum vir-

(1) Non tamen prætereundum, quod de Joanne scribit S. Hieronimus: « Si Iohannes Ecclesiasticæ historias, in quibus fertur quod et ipse (Joannes) propter martyrium sit missus in ferventis olei dolium... videbitur martyrio animam non defuisse et habuisse Joannem calicem confessionis (com. in Matt. 24, 29) ». Item quod præsentiam Joannis supra cæteros evangelistas, audiendos S. Augustinus, qui (tr. 36 in Jo.) ait: « In quatuor Evangelis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, S. Joannes Apostolus non immerito secundum intelligentiam spiritalem aquile comparatus, altius multoque sublimius aliis tribus erexit prædicationem suam ». S. Hieronimus etiam de eodem Joanne scribit: « Joannes vero noster quasi aquila ad superna volat et ad ipsam Patrem pervenit dicens: In principio erat Verbum etc. » (adv. Jerin.).

ginitatis votum hortari non destitit; qua de causa Hirtacus, furore exardescens, Matthæum sacra facientem occidi curavit. Unde a Petro Damiano Matthæus vocatur *virginitatis victima*: quia scilicet occisus est, eo quod Iphigeniam ad virginitatem servandam adduxerit. Occisus interit sanctus Joannes Baptista, quia adversus Herodis luxuriam declamavit; Matthæus vero dum sacrosanctum Misse sacrificium Deo offerret, impij regis mandato peremptus occubuit, eo quod Iphigeniam ad perseverandum in statu virginitatis hortatus sit. Hinc triplex Deo simul sacrificium obtulit Matthæus: virginitatis scilicet, corporis Christi et proprii corporis. Virginitatis Deo obtulit sacrificium, cum fuerit virginitatis victima: ei obtulit sacrificium corporis Christi cum sacrilega confossus fuerit lancea eo tempore, quo sacrum Misse sacrificium celebrabat: ei proprii corporis sacrificium obtulit, quia dum tyranni sicarii ei mortem inferebant, ipse proprium corpus, propriamque vitam Deo voluntario et generoso immolabat, ac semetipsum Deo in sacrificium offerebat. Unde Matthæus non apostoli solum et Evangelistæ, verum etiam martyris dignitatem et gloriam obtinuit. Attendite nunc et serio Matthæum ante conversionem, in conversione et post conversionem ejus considerate. Matthæus, licet ante conversionem suam periculosus, scelerosis et odiosis officiis incubauerit, ad Christum tamen se convertit et sanctorum coronam promeruit: et vos pariter in Domino confisi de vestra nunquam desperetis salute; quantumvis et mundo et peccatis addicti hucusque vixeritis, certi estote, Deum vobis fore propitium, si delictis valedicere et penitentiam agere incipiatis. Matthæus in conversione convivium Christo fecit: et ipsi convertimini ad Christum instar Matthæi; convertimini ad eum in toto corde vestro et grande ei parate convivium non materialibus cibis redundans, verum puritatis liliis et aliarum virtutum fructibus compactum, quia, ut ait sanctus Bernardus, *ipse dicitur pasci inter lilia candida et odore virtutum delectari* (in Cant.). Sanctus Matthæus post conversionem factus est inter apostolos zelantissimus, inter Evangelistas primus et inter martyres gloriosissimus. Miramini has dignitates, quas in gradu perfectissimo pos-

sedit Matthæus, et si ad tantas dignitates aspirare nequeatis, saltem ad christianismi perfectionem anhelate et in perfectos christianos mutari contendite. Heu! quid vobis proderit præclaro hominis christiani nomine insigniri, nisi sanctis operibus christiane religionis perfectionem assequamini? Quid proderit, aliud profiteri et aliud agere? Quid proderit, christianum esse nomine et moribus christianum haud esse? Certe nihil proderit. Igitur hortor et obsecro vos, *ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis* (Ephes. 1). Cum vos Deus ad christianismum vocaverit, vivite ut christiani et ad christianam perfectionem pervenire contendite, dabitque Deus gratiam in hoc mundo et æternam beatitudinem in celo. Amen.

## DE SANCTIS COSMA ET DAMIANO

## CONCIO UNICA.

*Honora medicum* (Eccli. 38, 1).

Qui omnium artium et scientiarum originem studiose inquisierunt, medicinam non aliunde quam e celo prodixisse confessi sunt (1). Inventor illius dicitur Deus, qui cum omnium malorum natura antea agnoscat, etiam medici personam gerit, artemque, qua sanentur, homines docet. Per se solum, sine ullo creaturarum concursu, infirmitates nostras sepe curat; sepe quoque perinde ac si ad tantum ministerium ipse minus

(1) Idem et de omnibus aliis scientiis recte asserit; nec enim ratio apparet cur celestem originem medicine potius quam mathematicæ, physicæ, aliisque scientiis tribuamus. Absque ulla sane limitatione dicitur; *Qui (Deus) docet hominem scientiam* (Ps. 93). Neque id ignoravit pissima illa mater Sammelis, que in cantico dixit; *Deus scientiarum Dominus est* (1 Reg. 2).



sufficere, terrenos medicos, veluti coadjutores, ad curandas mortalium infirmitates advocat. Nec plebejos solum ad tantum munus vocatos arbitreris; multi enim Pontifices, reges plurimi, angeli et ipse Christus medici nomen et munia gerere non dedignati sunt. Neque vile quid existimes, hoc fungi munere: quid enim excellentius, quam diros infirmitatum sopire dolores, inordinatos corporis humores componere, oppressam adjuvare naturam, pristinas vires infirmo restituere et animam exire paratam in corpore detinere? Quid mirabilius, quam aegrotis salutatem conferre, a mox morituris mortem propulsare, atque homines quasi a sepulchro eruere? demum arte sua efficere, ut qui jam inter homines vivere desinebant, de novo homines fiant, et cum hominibus vivere et versari perseverent? Hæc et aliæ his similes artis medicæ operationes Clementi Alexandrino ita portentosa visa sunt, ut medicos, a quibus procedunt, deos vocaverit: *et medici in seclis, qui hominum terrestribus insunt, hinc existunt dii* (4 Strom.). Sanctos tamen Cosmam et Damianum non dicam deos, prout medicos, verum quia ex arte medica, qua in toto orbe celebrantur, sorum ælogia elibere, vosque ad illis debitum honorem impendendum allicere conabor. *Honora medicum. Ave.*

Ut hominum ocalis veram perfecti medici effigiem objicerent antiqui, penicillo delineare consueverant venerandum senem, albam gerentem barbam, præclara redimitum corona, a dextris habentem gallum gallinæcum et a sinistris canem, inter quos medius cerebatur serpens. *Corona*, qua redimitus apparebat ille senex, indicabat, medicis non secus ac regibus obtinendam. *Barba ejus alba* significabat, medicum sine longo usu et diuturna experientia peritum fieri non posse. *Gallus, canis et serpens* denotabant, verum medicum galli vigilantia, fidelitate canis et serpentis prudentia pollere debere. En quidem pulchram perfecti medici ideam; pulchriorem tamen et meo quidem judicio, excellentiorem in duobus sanctis, quorum hodie festivitate gaudemus, boni medici expressam imaginem conspiciamus. Hi etenim perfectissima artis medicæ habentur exemplaria, quibus tres potissime christiani et absoluti medici

affuere qualitates, scientia, scilicet charitas et pietas. Sanctorum horum medicorum intellectus infusa fuit scientia illustratus, manus eorum ardentissime charitatis operibus fuere fecundæ et eorum corda altissime in Deum pietati consecrata. Videamus quæso, quam eminens eorum fuerit scientia, quam ardens charitas, quam admirabilis pietas; vel ut meam melius mentem explicem, dicamus, sanctos Cosmam et Damianum fuisse medicos 1. doctrina fulgentes; 2. charitate ardentem; 3. pietate insignes.

## I PARS.

*Sancti Cosmas et Damianus fuere medici doctrina fulgentes.*

Cum medicina sit ars nobilissima a Deo hominibus ad illorum solatium data, nullus homo, si sapiens sit et prudens, eam despiciet et contempti habebit. *Altissimus creavit de terra medicamenta et vir prudens non abhorrebit illa* (Eccl. 38). Dicam tamen, bona pace medicorum, quos ut doctores reipublicæ necessario veneror, medicinam in se perspicacem hominum estimatione dignam, cæcæ sæpe existere et vilem in iis qui illam profiteantur, qui sæpe tanta cæcitate et ignorantia laborant, ut ex infirmis curæ illorum demandatis plures occidant, paucosque sanent et pristina sanitati restituant. Ignaros hujusmodi medicos hæreticos vocat Clemens Alexandrinus: *sunt in medicina hæreses* (7 Strom.). Hi autem dicuntur hæretici non in fide, sed in arte medicina, in qua sæpe ob ignorantiam suam graviter errant et infirmis gravissime nocent. In hujusmodi hæreses minime ineiderunt sancti Cosmas et Damianus; in arte medica hi non erraverunt, cum celesti lumine illustrati illam exercuerint. Errare non poterant hi medici, qui scientia non tam laboribus multis comparata, quam cœlitus infusa infirmos curarent; *hi non tam scientia acquisita, quam Dei gratia ægrotos curabant* (S. Thom. a

Vill. ser. de *üst. Ss.*): Sanctorum illorum medicorum ingenium videbatur quasi cœlum, in quo duplex lucebat luminare, majus scilicet et minus; notiones quas studio acquisierant, erant *luminare minus*; illæ vero quas per divinam infusionem acceperant, erant *luminare majus*. Duplici autem hoc illustrati lumine, in arte medica doctissimi evaserant et peritissimi, nullus in eorum mentibus error irrepserat, nullaque hæresis; ipsi medicina principia, morborum naturam et remedia ad morbos quoslibet curandos idonea ita perfecte noverant, ut innumeros infirmos curarent. *Plus cavendum est a medico, quam a morbo*, inquit Chrysostomus; quod sane intelligendum de medicis ignavis, qui plus timendi sunt, quam ipsi morbi; quia hujusmodi medici occidere solent et impune occidunt infirmos, ad quos curandos vocantur. Hi sunt, de quibus dicitur solet: *soll medico et advocato occidere licet impune*. Hi sunt, qui infirmitates augent, quas tollere deberent et qui mortem inferunt his, a quibus pecunias accipiunt, ut vitam prorogent. Hi uno *recipe*, seu uno prescripto contra rectas artis regulas dato ad manes mittunt hæredem ditissimum, celeberrimum doctorem, publicæ rei administratorem, ducem, principem, regem, aut aliam cujusvis conditionis personam. Ab ignavis hisce medicis plus sane cavendum, quam a morbis; non tamen timendi medici docti, quales dicam eos, qui benevolam jam mihi præbent auditum, quos scimus doctoratus laurea insignitos et qui digni sunt, qui ab hominibus æstimantur et ab infirmis in auxilium vocentur. Javæro quid de sanctissimis medicis Cosma et Damiano? Isti non quidem medici ignari, a quibus cavendum; ob infusam quam a Deo acceperant infirmos curandi artem, ab omnibus desiderabantur et vocabantur, tantaque præstabant peritiam, tanta in curandis infirmis dexteritate, ut ad se venientes undequaque infirmos facillime curarent et pristinae sanitati restituerent. Non errabant isti medici operationibus suis, quia scientia divinitus infusa irradiabantur. Unde sanctos illos conferre possumus cum Raphaële Archangelo, qui vocatur Dei medicina: *Raphaël medicina Dei*. Sanctus ille Archangelus non voca-

tur medicus, sed *medicina*, quia medicina est ex se perspicax et infallibilis, medici vero sunt erroribus obnoxii. Non vocatur etiam Raphaël medicina hominum, sed *medicina Dei*: nam homines falluntur sepe in medicina usu et exercitio, Deus vero nec in hoc, nec in re quacunque falli potest. Quod et dici potest de sanctis Cosma et Damiano: hi stenim videbantur quasi ipsa medicina et erant Dei medicina, quia hæc eis a Deo ars ita fuerat infusa, ut in curandis infirmis non fallerentur. Licet hominum corda solus Deus scrutari valeat et licet ipse solus perfecte cognoscat abscondita cordium, angeli tamen per illationes et per conjecturas in cognitionem nonnunquam veniunt eorum quæ homo corde versaverit, et hoc norunt, vel per species sensibiles, quas in hominum imaginatione excitari advertunt, vel ex variis morbis, quos in eorum appetitu fieri adnotant, ex quibus probabiliter et conjecturaliter inferunt, quæ lateant cogitationes libere in cordibus eorum. Unde respectu cordis humani angelorum scientia est solummodo conjecturalis. Et hujusmodi dicenda etiam scientia medicorum respectu infirmorum; sicut angeli corda hominum, ita et medici infirmitates hominum per conjectiones agnoscut. Verum est, quod in medicina, sicut in aliis scientiis et artibus, aliqua habentur prima principia evidentia et infallibilia; tamen omnia alia in opinione versantur et in praxi omnes fera medicorum rationationes in conjecturis fundantur. Unde enim cognoscunt medici, aliquem hoc vel illo morbo laborare, nisi ex arteriæ pulsû, ex colore vultus, ex lingue siccitate et externis aliis symptomatibus, quæ sæpe fallacia sunt et in errorem inducunt medicos, qui ex exterioribus his signis de morborum natura et remediis adhibendis conjectantes sepsissime falluntur? Illi vero illustres duo medici, quorum hodie memoriam agimus, hujusmodi erroribus non decipiebantur, altioribus enim regebantur principiis, cœlestibus irradiabantur luminibus, ac scientia ita infallibili et evidente illustrabatur intellectus illorum, ut omnis generis morbis, quantumvis ex natura sua insanabiles, facile curarent. Infusa hæc scientia maximos quoque febris ardores mitigare et sistere noverant, hæc scientia illustrati, acutissimos quoque



calculi, dentium et podagræ dolores scopire sciebant: hac scientia claudis incoelendi facultatem, cæcis visum, mutis loquelæ usum et infirmis quibusque perfectam sanitatem conferbant; hac irradiati scientia homines gravibus, periculosis et desperatis morbis affectos sanos reddebant. O quam docti fuere hi sancti! qui pariter extitere medici doctrina fulgentes, ac etiam charitate ardentes.

## II PARS.

### Sancti Cosma et Damianus fuere medici charitate ardentes.

Multi ob solam curiositatem, multi ob vanitatem et multi ob avaritiam scire desiderant, pauci vero ut scientia sua utantur ad charitatis opera in proximum exercenda; scientia tamen sine charitate, aut nullius, aut modici valoris est. Velim, ut tanta polleas scientia, quanta prophetae et angeli; velim, omnia te fidei mysteria nosse, teque omnem penitus scientiam possidere, si simul cum scientia charitatem non habeas, omnis tua scientia aut nihil, aut parum tibi proderit. *Si linguæ hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut res sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia et omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum* (1 Cor. 13). Quid profuit lucifero summa, qua illustrabatur, scientia? Quid aliis demonibus profuit altissimas de divinitate habuisse notiones? Quid Platoni, quid Aristoteli, quid innumeris aliis Gentilibus profuit scientia sua totum terrarum orbem illustrasse? Quid sanctis Cosmæ et Damiano artem medicam perfectissime scire profuisset, si simul cum scientia charitatem non habuissent? Ad nihilum quidem eis profuisset illa scientia. At plurimum eis profuit artem medicam callere, quia simul cum scientia charitatem habuere; sic enim laudantur ut medici et eximia scientia illustres, et ardente charitate fer-

ventes. Proximum non diligebant solum verbo et lingua, sed opere et veritate; ipsi continue circumibant ut infirmos sanarent, eorumque infirmitatibus curandis idonea remedia adhiberent. Nec spes lucri eos ad curandos infirmos alliciebat; sola charitas illa, *quæ non querit quæ sua sunt* (1 Cor. 13).

Non enim mercedem sibi iuste debitam ab infirmis exigebant, quin contra facultates suas eis erogabant, quos pristinae sanitati restituerant, et quasi mercedem dabant iis a quibus mercedem iuste postulare et recipere potuissent. Medici profecto sunt operarii mercede magna dignissimi, nilque æquitati et justitiæ magis consonum, quam quod mercedem iis tribuamus, qui sanitatem nobis conferre satagunt, et a mortis faucibus nos sæpe eripiunt. Hi scientiam, quam in curandis infirmis adhibent, magno pretio emerunt; quot enim vigiliis eam comparant? Quot noctes insomnes duxerunt, ut eam acquirerent? Quot libros non voraverunt? Quot auctores non perlegerunt? Quot pecunias non insumperunt, ut in arte sua periti fierent? Sane o quot etiam in suæ artis exercitio labores obeunt? Nonne sæpissime, cum quiescendi tempus advenit, ipsos rura petere necesse est? Nonne fœde excitantur et ad infirmorum subsidium vocantur, cum vix somno indulgere coperunt? Nonne multoties cum gravi vitæ suæ periculo xenodochia et aliorum infirmorum domus lustrant, ac si sic loqui fas sit, inter incrementa eorum voluntantur, ut iis sanitatem conferant? Hæc quidem mercede magna digna censenda, nec satis amplam eis mercedem nunquam dare possemus, eo ipso solum quod nobis conferant sanitatem, qua nihil magis ab hominibus aestimari solet. Si quis centum nobis dedisset nummos, ejus liberalitas satis compensari posset, tribuendo ei aliquid centum nummis æquivalens; atvero satis compensari nequeunt medici, cum nobis conferant sanitatem, quæ terrenis omnibus divitiis antecedit. Accipite ergo, o sancti Cosma et Damiane, accipite mercedem vobis jure merito debitam; ab infirmis quos curastis exigite, ut medicamenta curationi eorum adhibita solvant; petite a claudis, mutis, cæcis, febrecitantibus et aliis infirmis quibus sanitatem reddidistis, ut pro expensis eorum causa factis

et pro labore ad eos sublemandos inite satisfaciunt. Absit a viris tanta sanctitate præditis, ut spe mercedis temporaneæ operentur; nullus in eis avaritiæ turpis lucri affectus inerat; solus in eis illucescens charitatis spiritus; ea ardebant charitate, quæ non querit quæ sua sunt. Imo aliter et ardentior eorum prodibat charitas, quia non solum non inquirebant quæ eis juste debebantur; verum et infirmis quos sanaverant, propria largiebantur, eosque ex charitatis motivo solvebant, a quibus ipsos solvi æquitas postulabat. O præcellentem illorum sanctorum charitatem! Scitis, Christum in hunc mundum venisse, ut medici fangeretur officio, illumque docuissimum et peritissimum existisse medicum, qui infirmos quosque facillime sanabat: *virtus de illo exibat et sanabat omnes* (Luc. 6). Ut autem adnotat S. Basilius Selencionensis, magnus ille medicus arti medicæ operam dedit, nulla spe lucri, at ex solo charitatis motivo: *non spe mercedis contra morbos armatus* (orat. 35). Divinus ille medicus in mirandis infirmorum curationibus et in omnibus suis operibus Patris æterni gloriam et proximi salutem solum quærebat; minime sane turpis lucri causa, verum ex solo charitatis motivo operabatur. Hic erat finis unicuique suarum actionum, hic terminus ad quem spectabat Christus; et hic erat etiam finis et terminus unicuique, quem in suis operationibus sibi proponebant sancti Cosmas et Damianus. Non sanabant infirmos, ut ab his mercedem acciperent; quin contra charitatis igne ardentes ita propria pauperibus et infirmis largiebantur, ut nihil sibi retinerent, omnibusque se facultatibus spoliarent. Noverant illustres illi sancti, quod « habent medici unde valde proficiant, si pauperes curent cum charitate et sollicite eos visitent et consolantur; ac gratiam quem dedit eis Dominus curandi et sapientiam in eos experiant. Nec solum hoc, sed etiam quod a divitibus accipiunt, conferant saltem ex parte egenibus » (S. Thom. a Vill. ser. de Ss. Cosma et Dam.). Hæc probe noverant sancti Cosmas et Damianus, et ideo ex solo charitatis motivo ægros sanantes, a) eis mercedem non exigebant, et sua omnia illis distribuabant. O mirabiles et æterna laude digni medici! Ubi modo invenimus, qui eos imitentur!

Ubi, qui tanta ardeant charitate, quanta sancti illi quorum hodie solemnitate lætamur? Ubi, qui ex solo charitatis motivo infirmorum curæ se dedant? Ubi qui saltem pauperes ægros gratis inuisant et curare satagant? Scio, medicos esse operarios mercede sua dignos: scio etiam, eos juste mercedem accipere a divitibus; tamen optarem, ut pauperibus ex unico fraternæ charitatis motivo inservirent. O quam suave erit medicis, qui gratis pauperibus suas operas impenderunt, cum in tremendo iudicii die eos Christus laudabit, eo quod ipsam in pauperibus visitaverint et curaverint! *Infirmus eram et visitastis me* (Matt. 25). Non hoc dicat medicis, qui turpis lucri causa et mercedis spe pauperes invisorunt; his dumtaxat benedicit qui eos ex charitatis motivo visitarunt; illos laudabit ad dexteram suam collocabit et ad cœlestem beatitudinem vocabit. Illis dicet: *venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (Ibid.); illosque simul cum sanctis Cosma et Damiano, ad cœli sedes sublimabit. O quam felices tunc medici, qui gratis et ex solo charitatis motivo infirmis pauperibus subvenerint! O quam felices, qui in hoc mundo fuerint charitate ardentes, sicut sancti Cosmas et Damiano! Qui *fuere etiam medici pietate insignes*.

## III PARS.

*Sancti Cosmas et Damianus fuere medici pietate insignes.*

Plurimi haud dubie inveniuntur medici, qui simul scientia florent et pietate, et hoc in primis reperitum est in illustribus medicis Cosma et Damiano; qui quidem erant scientia sua illustres, ac pariter erant miranda pietate insignes, non tantum quia ex solo charitatis motivo sanitati infirmis procurandæ sedulo incumbabant, verum etiam quia non minus animarum, quam corporum saluti invigilabant, *erantque animarum potius medici quam corporum; predicatorum potius quam curatores* (S. Tho. a Villanova ib.). Abstinebant a praxi illorum medicorum,



qui de animarum jaectura parum solliciti, tantum corporum salutem consulunt. Iniqui hi medici de sanitate benevolentibus servanda et infirmis danda solummodo curant: hoc unum intendunt, hic unicus finis quem sibi proponunt, ad quem obtinendum multa nonnunquam animarum salutem noxia prescribunt, aut fieri tolerant. Non curant de his, quae Deus et Ecclesia ad animarum salutem jubent; student his quae corporum sanitati congruunt, et ideo vel ut hominibus placeant, vel ut infirmos curent, nimia cum indulgentia carnes diebus prohibitis comedere permittunt; *a jejuniis revocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt* (D. Amb. in Ps. 118), imo et a via salutis avertunt. Non sic autem sancti Cosmas et Damianus; de animarum enim magis quam de corporum salute anxiantur, *et occasione medicinae, dum corpora medicamine curabant, animas potius salutari verbo civificabant* (S. Thom. a Villan. ib.). Cum infirmos invisebant, iis se omnium virtutum exemplaria praebant,isque suggerebant, terrena omnia nullius esse momenti, soli Deo servendum, orationi sedulo vacandum, ac propriae salutem continue vigilandum; instabant, arguebant, obsecrabant, ac omnibus modis infirmos ad salutem viam dirigere conabantur; tuncque se felicissimos censebant, cum peccatorem alicquem a viis suis pessimis averterent et ad Deum converterent. Hoc sancti duo illi medici in Arabia agebant, quod olim in Judaea Christus fecerat. Scitis, Christum Dominum in Judaea medicum functum officio, ibi divinam hanc exercuisse artem, quam de caelo tulerat; ibique animarum simul et corporum medicum egisse; cumque infirmorum curationi incumbere, eos quoad corpus et quoad animam sanare solebat. Cum infirmo sanitatem conferebat, illum tamen ad Deum convertebat; cumque infirmitatem ab alicuius infirmi corpore expellebat, tamen peccatum ab ejus anima fugabat et sic totum hominem, quoad corpus scilicet, et quoad animam, sanum faciebat: *totum hominem sanum feci* (Jo. 23, 7). Eodem prorsus modo sancti Cosmas et Damianus erga infirmos se gerebant; eodem succensi zelo quo Christus, eum in curationibus suis imitabant; tanta praestabant pietate, ut animarum magis

quam corporum salutem invigilarent et ideo cum infirmis medicamenta praebant, dabant eisdem documenta salutis; curabant eos quoad corpus et quoad animam, sic totum hominem sanum faciebant. *Dum corpora medicamine curabant, animas potius salutari verbo civificabant et sic totum hominem sanum reddebant.* Haec eorum insignis pietas, ut ex arte medica quam exercebant, infirmis de Dei bonitate et aeterna beatitudine et de aliis christianae religionis mysteriis loquendi occasionem sumerent. Iis dicebant inanes illos deos quos colebant, esse mera simulacra lignea, lapidea, aurea, vel argentea quae oculos habent et non vident; aures habent et non audiunt, et ideo spernenda, adjicenda, ac odio habenda. Illis probabant unicum esse Deum, qui omnia videt, omnia potest; a quo et ipsi vitam habuerant; et iis aeternam daturus felicitatem, si ei fideliter inservirent. Illis explicabant quanta beatos maneat in caelo premia, quanta damnatos in inferno supplicia. Illis objiciebant, quam turpe sit vitiorum crono adherere, quam praeclearum et honorificum virtutibus acquirendis insistere, quam falsa et fallax error esset religio, quam suave sit mori in Domino, quam terribile in statu mortalis peccati ab hoc mundo exire, quamque beati qui in praesentiarum salutem suam negotia recte peregerint; et sic eos quoad corpus et quoad animam sanos faciebant. O magnam sanctorum illorum medicorum pietatem! Maxima quidem haec illorum exitiit pietas; tunc vero magis adhuc se pios exhiberunt, cum pro Dei gloria supplicis et dira morti propria corpora obtulerunt. Cum enim praefatus Lysias christianam religionem illos profiteri et praedicare didicisset, ira accensus, eos ad se adduci imperavit, praecepitque eis, ut deos gentium venerarentur. Quod cum facere renuissent viri sancti, in mare eos projici jussit, in quod quidem projecti confestim ex eo miraculose emergerunt. Illis deinde Lysias in ardentem rogam injici jussit; cumque ab iis flamma fugeret, illos securi percussit imperavit, quae omnia summa cum charitate et pietate perpessi sunt. O quam mirabiles vita et mors sanctorum Cosmae et Damiani! O vos omnes qui artem medicam profitemini, praecleara haec, queso, inspicite exemplaria,isque assimilari

satagite. Cum hi sancti doctrina sua floruerint, studio et vos seculo incumbite, ut in arte quam profitamini saltem non erretis: cum hi charitate ferventissima præsiterint, ut propria infirmis distribuercnt, charitate ardeant corda vestra saltem respectu pauperum: erga illos vos beneficos exhibete, iisque gratis officia vestra impendite. Cum tandem adeo pietate effuserint, ut non minus salvandis animabus, quam corporibus curandis vacaverint, eandem et vos edite pietatem, ut infirmos quos visitatis, ad Sacramenta suscipienda et ad salutem suam consulendum inducatis. En fructum, quem omnes medici ex hac concione elicere possunt et debent. Ut autem omnes, qui huic adsunt concioni, aliquam ex eam utilitatem percipere valeant, volum, ut quisque advertat, quod peccata sunt animae nostrae infirmitates, quodque tandem infirmi manemus, quamdiu aliquo peccato inquinamur; et ideo, ut sanemur advocandi sunt medici spirituales, seu confessorii, qui iisdem polleant qualitatibus, quibus sancti Cosmas et Damianus floruerunt; si a spiritualibus vestris infirmitatibus sanari vultis, ad confessorios accurrite, qui scientia, charitate et pietate fulgent. Confessorius non doctus est cæcus, qui cæcus ducit et qui cum cæcis quos ducit, in foveam cadit: ideo confessorium vocate, qui doctrina polleat. Confessorius minime charitate præditus lucro ad agendum excitatur, vel ex negligentia remitte vestre salutis consulti; ideo charitate ardentem confessorium eligite. Confessorius non pius ad pietatis apicem alios hand facile perducit; ergo docti simul, charitate succensenti et pi confessorii regimini conscientiam vestram dirigendam subdite; quidquid vobis salutarum præscripserit, accurate perficite et tandem aliquando in celo cum sanctis Cosma et Damiano æterna beatitudine perfruemini. Amen.

## DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO

## CONCIO UNICA.

*Consurgel Michaël princeps magnus (Daniel 12).*

Sicut homines hic in terris suos habent principes, quibus subsunt et quos honorare, plurimumque venerari tenentur, ita angeli, qui in cælis habitant, suos habent principes, qui sunt eminentiores Dei ministri ante solium ejus stantes et supra alios erecti; inter quos merito recensetur Archangelus Michael, qui unus ex primis cæli principibus agnoscitur: *Michaël unus de principibus primis* (Dan. 10). Non disceptabo nunc, an Michaël in celo sit Gabriele, Raphael, aliisque primis aule celestis principibus eminentior; neque an ita sit *unus de principibus primis* ut inter primos hos principes ille cæteros, qui secum tenent primatum, præeat. Licet enim sanctus Pantaleon martyr cum supra omnes alios evohat, illumque inter pares primum esse asserat, ac dicat, quod *Michaël primum locum obtinet inter mille millia et decies mille myriades angelorum* (ap. Baron.); non tamen hoc facile scri et probari potest. Itaque ab hac controversia abstinens, dicam solum, quod sanctus Michael inter celestes illos spiritus sit princeps magnus; *consurgel Michaël, princeps magnus* in quo autem et quomodo Michaël sit in celo princeps magnus, jam explicamus. Ave.

Deus, angeli et homines supra omnia alia procel dabo eminent, atque inest eis aliqua magnitudo, ad quam omnia alia accedere nequeunt. Deus quidem magnus est, nullus magnitudinis ejus est finis, nihilque eo majus excogitari potest: *Deus est, quo nil majus excogitari potest* (S. Dam.). Angeli etiam magni sunt in se et respectu ad alia creata, cum ipsi omnino spirituales sint, alii Dei sint et sub Deo supra modum elevati; *angelos post Deum novimus* (Tert. de carn. Chr.). Homines

satagite. Cum hi sancti doctrina sua floruerint, studio et vos seculo incumbite, ut in arte quam profitamini saltem non erretis: cum hi charitate ferventissima præsiterint, ut propria infirmis distribuere, charitate ardeant corda vestra saltem respectu pauperum: erga illos vos beneficos exhibete, iisque gratis officia vestra impendite. Cum tandem adeo pietate effuserint, ut non minus salvandis animabus, quam corporibus curandis vacaverint, eandem et vos edite pietatem, ut infirmos quos visitatis, ad Sacramenta suscipienda et ad salutem suam consulendum inducatis. En fructum, quem omnes medici ex hac concione elicere possunt et debent. Ut autem omnes, qui huic adsunt concioni, aliquam ex eam utilitatem percipere valeant, volum, ut quisque advertat, quod peccata sunt animae nostrae infirmitates, quodque tandem infirmi manemus, quamdiu aliquo peccato inquinamur; et ideo, ut sanemur advocandi sunt medici spirituales, seu confessorii, qui iisdem polleant qualitatibus, quibus sancti Cosmas et Damianus floruerunt; si a spiritualibus vestris infirmitatibus sanari vultis, ad confessorios accurrite, qui scientia, charitate et pietate fulgent. Confessorius non doctus est cæcus, qui cæcus ducit et qui cum cæcis quos ducit, in foveam cadit: ideo confessorium vocate, qui doctrina polleat. Confessorius minime charitate præditus lucro ad agendum excitatur, vel ex negligentia remitte vestre salutis consulti; ideo charitate ardentem confessorium eligite. Confessorius non pius ad pietatis apicem alios hand facile perducit; ergo docti simul, charitate succensenti et pi confessorii regimini conscientiam vestram dirigendam subdite; quidquid vobis salutarum præscripserit, accurate perficite et tandem aliquando in celo cum sanctis Cosma et Damiano æterna beatitudine perfruemini. Amen.

## DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO

## CONCIO UNICA.

*Consurgat Michaël princeps magnus (Daniel 12).*

Sicut homines hic in terris suos habent principes, quibus subsunt et quos honorare, plurimumque venerari tenentur, ita angeli, qui in cælis habitant, suos habent principes, qui sunt eminentiores Dei ministri ante solium ejus stantes et supra alios erecti; inter quos merito recensetur Archangelus Michael, qui unus ex primis cæli principibus agnoscitur: *Michaël unus de principibus primis* (Dan. 10). Non disceptabo nunc, an Michaël in celo sit Gabriel, Raphael, aliisque primis aule celestis principibus eminentior; neque an ita sit *unus de principibus primis* ut inter primos hos principes ille cæteros, qui secum tenent primatum, præeat. Licet enim sanctus Pantaleon martyr cum supra omnes alios evohat, illumque inter pares primum esse asserat, ac dicat, quod *Michaël primum locum obtinet inter mille millia et decies mille myriades angelorum* (ap. Baron.); non tamen hoc facile scri et probari potest. Itaque ab hac controversia abstinens, dicam solum, quod sanctus Michael inter celestes illos spiritus sit princeps magnus; *consurgat Michaël, princeps magnus* in quo autem et quomodo Michaël sit in celo princeps magnus, jam explicamus. Ave.

Deus, angeli et homines supra omnia alia procel dabo eminent, atque inest eis aliqua magnitudo, ad quam omnia alia accedere nequeunt. Deus quidem magnus est, nullus magnitudinis ejus est finis, nihilque eo majus excogitari potest: *Deus est, quo nil majus excogitari potest* (S. Dam.). Angeli etiam magni sunt in se et respectu ad alia creata, cum ipsi omnino spirituales sint, aliique Dei sint et sub Deo supra modum elevati; *angelos post Deum novimus* (Tert. de carn. Chr.). Homines



tandem magui sunt in se et respectu ad bruta animalia, cum ipsi anima rationali præditi sint, ad Dei imaginem conditi, gratiæ divinæ capaces et ad finem super naturalem evahantur. Si sanctum Michaëlem inspicimus respectu Dei, cujus magnitudo est infinita, certe constat, quod tanquam nihilum sit ante ipsum: in se tamen et ratione donorum quæ a Deo accepit, magnus censendus, quia eum Deus plurimum sublimavit. Si sanctum hunc Archangelum respectu aliorum angelorum intueamur, verum est, quod illi simul cum ipso toti spiriuales, Dei ministri et aulici constituantur: inter illos tamen magnus et maximus habetur sanctus Michaël ratione præsentia, quam super illos habuit in prælio adversus luciferum, et angelos ejus inito. Si tandem sanctum Michaëlem respectu hominum consideremus, illos utique natura et dotibus suis longe antecellit; et eum etiam specialiter Deus supra illos sublimavit, cum eos patrocinio et protectioni illius subdidit. Dicendum ergo, quod sanctus Michaël est princeps magnus per Deum, inter angelos et supra homines: 1. per Deum, a quo sublimatur; 2. inter angelos, quibus præest; 3. supra homines, quos protegit.

## I PARS.

*Sanctus Michaël est princeps magnus per Deum,  
a quo sublimatur.*

Non quidem respectu Dei, at per Deum princeps magnus dicendus sanctus Michaël, quia Deus illum ita sublimavit, ut non solum hominibus, verum etiam ipsis angelis eum sublimarem et excelsiorem effecerit ratione naturæ, gratiæ et gloriæ: 1. ratione naturæ, in qua illum condidit; 2. ratione gratiæ, qua illum exornavit; 3. ratione gloriæ, qua illum ditavit.

1. Quemlibet angelum ab alio essentia et specie differre opinatur doctor Angelicus; ac proinde tot ait esse angelorum species et essentias diversas, quot sunt angeli. Hæcque illius

sententia hoc fundamento nititur, quod scilicet omni distinctio numerica sumatur a materia; ideo cum angeli non consent materia, inter se numero distingui nequeunt; si autem inter se numero non distinguantur, quemlibet ex illis ab alio specie et essentia differre necesse est. Quo posito fundamento, facile inferemus, sanctum Michaëlem ita natura sua esse perfectum, ut vix concipi possit, quanta sit perfectio ejus naturalis. Cujus doctrinæ quo magis pateat veritas, supponendum, maximam esse angelorum multitudinem, cum de iis dicatur, quod *millia millium ministrabant ei et decies millies centena millia assistebant ei* (Dan. 7). Hoc autem supposito tanquam certissimo, sic ratiocinari licet: ultimus angelorum in sua natura perfectior est omnibus individuis nature humanæ: penultimus, cum in essentia et perfectione ab ultimo differat, totam ultimi perfectionem continet et insuper alium aliquem perfectionis gradum possidet: antepenultimus totam penultimi et ultimi perfectionem habet et insuper alio aliquo perfectionis gradu pollet: et sic ascendendo usque ad primum angelorum, semper major habetur perfectio naturalis eorum. Quanta ergo censenda perfectio illius angeli, qui natura sua omnium primus pene innumeros angelos semper magis et magis perfectos antecedit? Certe tantam ille assequitur perfectionem naturalem, ut vix concipi queat. Quis autem est ille angelorum primus, cui tanta perfectio inest? Quis primus ille angelus, quem Deus in tanta naturæ perfectione condidit? si credamus Tertulliano, primus ille angelus est sanctus Michaël, qui, inquit, est *excultus omni gloria angelica, et qui est eminentissimus angelorum* (adv. Marc. 2, 10). Hoc et asserunt sancti Basilius et Ambrosius, ac etiam Rupertus Abbas et Sophronius: Michaël ergo est princeps magnus per Deum, cum Deus illum ita sublimaverit in natura, in qua illum condidit. Item dicitur princeps magnus per Deum, qui Deus illum sublimavit in gratia, in qua illum creavit.

2. Omnes penitus angeli primis creationis eorum instantibus gratia sanctificante a Deo fuere exornati, gratiasque actuales tunc acceperunt, quarum auxilio æternam beatitudi-

nem mereri valebant: ut enim ait D. Augustinus, *Deus in angelis erat condens naturam et largiens gratiam* (de civ. D. 12, 9): non tamen divina gratia omnibus angelis data eadem mensura fuit cunctis collata; omnes pari gratiæ honore non fuere sublimati: sanctus enim Michaël, ut docet sanctus Basilius, aliis omnibus in gratiæ dignitate creditur prælatus; *Michaël dignitate et honoribus prælatus est cæteris spiritibus superius* (hom. de Angel.). Verum est quod Deus Gabriellem, Raphaellem, aliosque superiorum ordinum angelos maximis gratiarum donis affecterit; nihilominus sicut Michaëlem aliis præfecerat in natura, ita et illum præfecit in gratiâ; illique majora imperitus est gratiæ beneficia, quam aliis angelis, etiam eminentioribus. Quod verissimum fatebitur, qui, prout plures docent sancti Patres, censebit, Deum angelis quibuslibet gratiam distulisse, inita proportione ad naturam; ita ut angelis natura perfectioribus, perfectiorem gratiam dederit. Sic sanctus Basilius opinatur, dicens: *juxta proportionem eminentiæ inter se, sanctificationis mensuram angeli acceperunt a Spiritu sancto* (de Spirit. S. 10): idem docet sanctus Joannes Damascenus, aiens: *per sancti Spiritus sanctificationem omnes perfectionis numeros angeli acceperunt, ita tamen, ut pro sua quisque dignitate et classe, luminis, gratiæque participes sint* (de fid. 2, 3). Angeli ergo perfectiores in natura majorem perceperunt gratiam juxta naturalis suæ perfectionis mensuram; non quod ob perfectiorem naturam perfectiori gratia digni fuerint; verum quia Deus ex libera sua voluntate angelos quos perfectiores in natura condidit, perfectiori etiam gratiâ exornare decrevit. Quapropter cum Deus Michaëlem supra alios in natura sublimaverit, eum etiam supra alios in gratiâ sublimavit, ac etiam in gloria.

3. Sicut in imperatoris curia quidam habentur principes majores, qui ad ejus personam propriis accedere et familiaribus cum eo versari solent, ita in Dei aula recensentur primi quidam et primogeniti angelorum principes (Clem. Alex. Strom. 6), qui Deo adstant et majore libertate ad ejus Majestatem accedunt: sanctus autem Michaël procul dubio censendus unus ex

primis illis celestis aula principibus: *Michaël unus de principibus primis*. Ino, sicut dum esset in via, primus omnium fuisse creditur ratione ornamentorum gratiæ, ita et in cælo primus reputatur ratione gloriæ et beatitudinis celestis, qua fruatur. Licet enim alii quidam angeli simul cum ipso sint de principibus primis, ille tamen per excellentiam et per antonomasiam vocatur princeps magnus, quasi supra omnes alios in gloria magnus et a Deo magis sublimatus. Unde illum sanctus Pantaleon maximam et fulgentissimam inter angelos stellarum nuncupat: *Michaël, qui est maxima et clarissima stella angelicæ ordinis* (ap. Baron.). In cælo, ut ait D. Paulus, est *alia claritas Solis, alia claritas Lunæ et alia claritas stellarum* (1 Cor. 15): per Solem, ut exponit Doctor Angelicus, potes intelligi Christus, Sol justitiæ: *oriatur vobis Sol justitiæ* (Malach.); per lunam, B. Virgo, de qua (Cant. 6) dicitur quod sit *pulchra ut luna*; per stellas, cæteri sancti, qui sunt *stelle manentes in ordine suo* (Judic. 5.). Licet autem per stellas intelligi possint omnes sancti, convenientius tamen per stellas intelligendi videntur angeli, qui in Sacra Scriptura vocantur astra Deum laudantia: *quem laudant astra matutina*. Ista autem inter se differant in gloria; nam sicut stellarum alie sunt aliis fulgentiores, ita et angelorum in gloria alii aliis sunt sublimiores et eminentiores. Jamvero stella inter eos fulgentior, seu angelus inter illos in gloria sublimior credendus sanctus Michaël Archangelus: *Michaël, qui est maxima et clarissima stella angelicæ ordinis*. Sicut enim cum Deus in natura et gratiâ perfectiorem affectit, ita et eum supra omnes in gloria sublimavit. Sanctus ergo Michaël est princeps magnus apud Deum, a quo sublimatur: *est etiam princeps magnus inter angelos, quibus præest*.



## II PARS.

*Sanctus Michaël est princeps magnus inter angelos,  
quibus præest.*

Sicut Saul *ab humero et sursum eminebat super omnem populum* (1. Reg. 9.) ita, ut sentiunt plures sancti Patres, Michaëlem Deus aliis omnibus angelis eminentiorem et sublimiorem effecit, dedique et aliquam præsentiam supra alios angelos, si non in omnibus, saltem in luciferi rebellione. Tunc cum honorum angelorum dux et princeps fuit 1. in exercitu contra luciferum ordinato; 2. in prælio adversus illum et angelos ejus inito; 3. in victoria de eis reportata.

1. Cum æternam beatitudinem propriis meritis assequi deberent angeli, eos Deus aliquo tempore vel aliquibus momentis viatores constituit, ut in his instantibus, gratia sibi a Deo date cooperantes, æternam hanc beatitudinem mererentur. In brevissimo autem hoc temporis intervallo, quo in statu vite vixerunt, eis, ut sentiunt communiter Theologi, Deus futuram Verbi incarnationem manifestavit; atque ut obedientia, suaque humilitate regnum colorum assequi mererentur, eis præcepit Deus, ut Verbum incarnandum et in carne sibi hypostatice aliquando conjugenda adorarent: *et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terre, dicit: et adorent eum omnes angeli ejus* (Hebr. 1). Hoc quidem præceptum angelis omnibus a Deo factum creditur; et ex his non pauci ei obtemperare renuerunt, dicentes, id nature, nobilitati et dignitati sue fore injuriosum. Lucifer aliis protervior, inordinato sui amore accensus, infatus superbia et invidia corrosus, non solum legi date obsequi renuit, verum et aliorum omnium angelorum rebellium se ducem constituit; et ex his quasi exercitum composuit, cui ipse præfuit, ut adversus Dominum et adversus Christum ejus decertaret. Michaël vero a Dei partibus stans ex bonis angelis alium ordinavit exercitum, cui ipse ut dux

et primas præfuit. Unde a Sophronio vocatur *sacre militiæ princeps*; a sancto Basilio *angelicarum copiarum dux* dicitur; et ab Ecclesia *primus celestis exercitus* appellatur. Bonorum ergo angelorum dux et princeps magnus fuit sanctus Michaël in exercitu, qui adversus luciferum fuit ordinatus; *eorum etiam dux et princeps fuit in prælio, quod contra luciferum initum est.*

2. Magnum in cælo excitum est prælium, in quo Michaël et boni angeli adversus luciferum et angelos malos dimicantur. Magnum extitit hoc prælium *quoad locum*, cum non in terra, at in cælo initum sit. Magnum fuit *quoad personas*, cum non homines infirmi et debiles, verum angeli natura sua incorruptibiles et fortissimi adinvicem decertaverint. Magnum etiam extitit *quoad moticum*, quod erat Christus, seu Verbum incarnandum, quod omnibus angelis adorandum a Deo propositum est. Magnum tandem et mirabile fuit hoc prælium *quoad modum*, cum non alio modo certari contingerit, quam diversitate actuum intellectus et voluntatis; illud enim prælium nil aliud fuit, quam diversitas et oppositio illa actuum intellectus et voluntatis angelorum, quorum aliqui Christum ab iis prævisum adoratione dignum crediderunt; et alii illum adorare recusarunt. Ecce prælium magnum factum in cælo, in quo sanctus Michaël omnibus angelis bonis præfuit, eorumque dux extitit. In hoc enim prælio duo erant duces, Michaël scilicet et lucifer; Michaël dux bonorum et lucifer dux erat malorum angelorum, contra quos sanctus Michaël cum suis dimicavit: *factum est prælium magnum in cælo: Michaël et angeli ejus præliabantur cum dracone* (Apoc. 10). Malignus ille draco, seu lucifer, *cauda trahebat tertiam partem stellarum*, id est angelorum, qui ipsi adhaeserunt, illumque ut duces secuti sunt: Michaël vero, qui a Dei partibus stabat, aliorum omnium angelorum dux adversus luciferum consurrexit. Et dum conflictus ille opinionum et voluntatum daretur, ipse, ut dux pro Deo stans, suo modo clamavit: *quis ut Deus?* Quasi dicat: Deo nihil est comparandum; ipse omnium author, omnium Dominus, omnium Creator et Factor: ipse infinitus in sapientia, in boni-



tate, in potentia et in omni genere entis: ipsi nil simile, nil æquale, nil par esse potest. Ideo cum tantæ majestatis Deus imperet nobis, ut Verbum incarnandum adoremus, ei humiliter erit obtemperandum. En prælium, quod certatum est in celo, cui ut dux præfuit sanctus Michaël. *Et fuit etiam bonorum angelorum dux in victoria, quam de lucifero retulerunt.*

3. Omnes angeli boni simul cum Michaële de lucifero et omnibus ejus copiis gloriose triumpharunt; sanctus Michaël tamen a Tertulliano vocatur *operarius victorie* (de Par. 12), quasi solus victoriam retulerit: eique ideo totius victoria gloria tribuitur, quia omnium victorum dux fuit. Quod et ipsi pictores nos doceant, cum Michaëlem delineant, lanceam vel ensem evaginatum dextera gestantem et draconem pedibus conculantem: per ensem enim evaginatum, quem dextera gerit, indicare intendunt, cum fortiter adversus luciferum decertasse: per draconem autem, quem pedibus conterit, manifestare volunt, eum, ut exercitus bonorum angelorum ducem, fuisse operarium victoriae, ac gloriosam de lucifero victoriam retulisse. Senserunt Hebræi Machabæos in bello fortes et de hostibus victores fuisse, quia in vexillis suis scriptam gerebant hanc epigraphon: *quis similis tui in diis, Domine?* (Exod. 15). An hoc verum sit, asserere non audeamus; certissimum tamen videtur Michaëlem de lucifero et exercitu ejus triumphasse, quoniam pro Deo stetit, clamans: *quis ut Deus?* et quia exemplo suo, suisque verbis, majorem angelorum partem ad lucifero resistendum et ad Deo obtemperandum induxit. Ecce gloriosam Michaëlis victoriam: ecce modum, quo de lucifero victor evasit: quo docemur, quomodo de illo et de angelis ejus triumphare valeamus. Cum enim ab iis tentamur, ut de eorum tentationibus triumphemus, clamandum cum Michaële: *quis ut Deus?* O homo! si satanas carnis voluptatibus, vel sæculi honoribus et divitiis te inescare et perdere conetur, illa omnia parvipendens, clama: *quis ut Deus?* O adolescens! si formæ venustas te ad libidinem incendit, dic intra te: quis pulcher, quis formosus, quis speciosus ut Deus? ejus pulchritudo infinita: *quis ut Deus?* Quotiescumque tandem Satanas ad suas partes, et

ad sibi consentiendum vos adducere sataget, ei fortiter resistite, dicentes: *quis ut Deus?* Hoc si faciatis, de malignis spiritibus triumphabitis sicut sanctus Michaël. Modo postquam sanctum hunc Archangelum contemplanti sumus, ut magnum principem inter angelos, videamus quomodo sit etiam *principis magnus respectu hominum, quorum protector est.*

## III PARS.

*Sanctus Michaël est princeps magnus respectu hominum, quos protegit.*

Inferiorum ordinum angeli ad custodiendas particulares personas a Deo delegantur, ita ut nec unus sit, vel fuerit homo, ejus cura et custodia uni cuidam ex illis angelis commissa non fuerit. S. Michaël creditur princeps magnus, cui non unus dumtaxat persona, vel unus solum provincie commissa custodia et protectio, imovero dedit ei Deus protectionem 1. Synagogæ Judæorum; 2. Ecclesie christianorum; 3. regni Gallorum.

1. Synagoga Judæorum nil aliud erat, quam populus judæus, seu populus Dei, quem Deus amabat, innumerisque beneficiis afficiebat. Hujus autem populi principem et protectorem instituit Deus sanctum Michaëlem Archangelum. *Michaël principatur populo Dei* (Rup. Ab.). Hic est populus pro quo stetit Michaël, ut illum protegeret: *Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui* (Gen. 12). Cum sanctus Michaël bonorum angelorum dux et quasi protector in celo extiterit, congruum judicavit Deus, illum in terra constituere defensorem et protectorem populi sui. Sicut ergo Pharus Josephum toti Ægypto præposuit, dicens: *ecce constitui te super universam terram Ægypti* (Gen. 41), ita Deus sanctum Michaëlem toti Synagogæ præposuit, eumque populi sui custodem et protectorem constituit. Et rovera mirabilia multa angelorum mysterio ante Christi adventum peracta, sancto Michaëli, ut Synagogæ protectori tribuit sanctus Pantaleon (ubi

sup.). « Michael, inquit, dux fuit populi Dei, ut eum ab Aegyptiaca servitute liberaret. Hic, una nocte, centum octoginta quinque milia militum exercitus Sennacherib regis Assyriorum enocuit: hic Aegyptiorum primogenitos interfecit, eorumque militares copias in mari rubro sepelivit. Hic Moysi sub forma rubi ardentis apparuit: hic ei tabulas digito Dei conscriptas detulit: hic prophetam Habacuc a Judea in Babylonem ad Daniela consolationem transtulit ». Aliaque multa mirabilia fecit, quibus constat, quod Michaelis cura Synagogam Deus demandaverit, quodque eum populi sui principem et protectorem constituerit. Insuper sanctus Michael *est etiam Romanae Ecclesiae protector*.

2. Norunt omnes, romanam Ecclesiam esse navem illam multis haeresum et persecutionum agitatum fluctibus nullum unquam passuram naufragium. Insurgant, quantum voluerint, tartarei spiritus; eam turbare et evertere conentur, quantum liberit; portae inferi nunquam prevalebunt adversus eam, quia potentissima et invisibilis quaedam manus ita illam defendit et protegit, ut usque ad mundi finem sit perseveratura. Illa autem manus a qua sancta Romana Ecclesia protegitur: ille protector a quo tutatur et defenditur, est haud dubie Christus, qui illam fundavit sanguine suo. Ejus tamen protector censendus etiam sanctus Michael Archangelus, cujus protectioni eam Christus Salvator demandavit. Unde quidem ut protectorem suum sancta Romana Ecclesia agnoscat et veneratur: *Ecclesia catholica Michaelem patronum novit et protectorem ob insignia ejus adepta beneficia* (Baron. ann. 60). Omnes quidem angelos honorat sancta Romana Ecclesia, sed praecipue *prinatam caelestis exercitus Michaelem*. Coelestes omnes illos veneratur spiritus; ac specialiori honore prosequitur sanctum Archangelum Michael, in cujus honorem duo festa instituit. Si autem a sancto Laurentio Justiniano quaras, cur eum speciali cultu honoret Ecclesia, respondebit, hoc ideo fieri, quia ab Ecclesia tu custos et protector agnoscitur: *non abs re illum sacrosancta mater honorat Ecclesia, quem sui specialem novit esse custodem et intercessorem assiduam*. Demum S. Michael est etiam *protector regni Galliae*.

3. Quicumque advertunt, regnum Gallicum a primis fere Ecclesiae saeculis non solum a gentilibus, ab infidelibus et ab haereticis, sed etiam ab imperatoribus, a christianis regibus, nec non a potentissimis omnis generis hostibus impugnatum, tamen semper florere, triumphare, ac in catholica religione constanter perseverare, fateri coguntur, hoc regnum speciali protectione a Deo foveri; simul etiam pro certo habendum, quod Deus illud sancti Michaelis protectioni demandaverit. Sicut enim voluit Deus, ut sanctus Michael esset sanctae Romanae Ecclesiae protector, ita statuit illum tutelarem angelum et specialem protectorem regni Gallicae, quod est haereditas christianissimi ejus regis, qui dicitur Ecclesiae primogenitus, defensor et ornamentum: *Michael protector est et princeps imperii Francorum* (Baron. ann. 709). Hanc regni Gallicae protectorem novit, et expertus est Carolus Magnus, qui praedium adversus Saxones iniiturus, ante conflictum flexis genibus supplicis sancti Michaelis auxilium imploravit, quod ipsi praesto fuit; dum enim iniretur deinde praedium, sanctum hunc Archangelum vidit in fronte exercitus Gallicae, albo insidentem equo, caeruleum deforentem vexillum, lilis aureis intextum: tantumque fulgorem et facie sua emittentem, ut Saxones perterriti, alii in fugam se converterint, et alii se invicem occiderint. Exinde Carolus Magnus, in tanti benefici memoriam, militibus suis vexillis sancti Michaelis imaginem depingi voluit, cum hoc lemmate: *Ecce Michael princeps magnus, venit in adjutorium mihi*. Sanctum hunc Archangelum vere regni Gallicae protectorem expertus est etiam Carolus VII. Cum enim Angli eum jam majori regni parte spoliassent, ad sancti Michaelis patrocinium confugit, ad hoc ut infensissimos illos hostes civitatem Aureliam obsidentes debellare et expellere posset. Caroli autem preces exaudivit sanctus Michael; cum enim generali oppugnatione civitatem hanc invadere pertentassent Angeli, supra urbem pontem sub forma visibili visus est sanctus Michael, qui eos expulit et alio migrare coegit. Propterea Carolus in accepti benefici memoriam militaribus suis vexillis sancti Archangelae Michaelis effigiem apponi curavit, cum hac epigraphe: *Nemo est adjutor*



*meus, nisi Michael princeps noster.* Hac et alia quae adduci possent exempla, clare manifestant, quod sanctus Michael non solum Synagoga et Ecclesiae Romanae, verum etiam Galliae regni protector sit et defensor. Itaque fateamur nunc, quod sanctus Michael vere princeps magnus sit: hoc fateamur; eum speciali cultu veneremur; ac tanti principis et protectoris auxilium supplices imploremus. Verum quidem, quod omnes angeli potentes sint ad impetrandas a Deo gratias clientium gratia; attamen, ut ait Caesarius, *sanctus Michael ceteris angelis diligentiōr est circa genus humanarum*: et non solum est diligentiōr, sed et ejus intercessio apud Deum est potentior. Ideo ad omnium angelorum confugite patrocinium, ac studiosius auxilium implorate sancti Michaelis, qui benedixit est, et apud Deum potentissimus atque hominum protector a Deo constitutus. Asserit Doctor Seraphicus (*in spec. B. V.*), quod sanctus Michael speciali protectione in hora mortis eos foveat, qui tempore vitae suae eum religioso quodam cultu venerati sunt; ideoque magna reverentia eum veneremur; eum quotidie speciali quodam cultu honoramus, ut illum in hora mortis protectorem habere mereamur, atque mediante ejus auxilio et protectione, aeternam beatitudinem assequi valeamus. Amen.

## DE SANCTO HIERONYMO

## CONCIO UNICA.

*Magnus vocabitur* (Matth. 5).

In laudes hodie lubens erumpo illustrissimi illius viri, qui totius Romanae Ecclesiae lingua extitit: ex animo magnalia praedico incomparabilis hujus Doctoris, qui Dei magnalia hominibus propalavit; intimo cordis affectu elogium suscipio pereximii illius sancti, qui totius sanctitatis speculum, ac complu-

rum aliorum sanctorum jubar et eloquentissimus praeco extitit. Verum quidem, quod sicut magna lumina oculos intuentium praestringere solent, ita tot virtutes, totque in S. Hieronymo emicant perfectiones, ut cum ad ejus encomium elaborandum me accingo, caligent oculi, meusque ad tam arduum opus insufficientes vacillet animus et deficere incipiat. Quis enim digno prosequi possit eloquio sanctum hunc Ecclesiae Doctorem, qui in omni literatura clarus et praeclearior vitae sanctitate effulsit? Quis meritas effundere valeat laudes mirandi hujus viri, qui fuit natus scientiis, Bibliis factus, educatus in omni sapientia, et qui, omnium calculo, haereticorum exordium, exemplar Anachoritarum, Doctorum decus, totiusque orbis Ecclesiastici rutilantissimum sidus nuncupari meretur? Fator, quod cum tanti viri merita et magnalia inspicio, suspicio, meaque faucibus haereret lingua, nisi adveniret auxilium desper; ideo celesti lumine irradiari supplices postulemus. Ave.

Illustrissimum Doctorem sanctum Hieronymum considero in mundo, in deserto et in Ecclesia: in mundo, ubi a Deo positus fuit, ut multis prelucceret; in deserto, in quo se contulit, ut altiori perfectioni acquirenda incuberet; in Ecclesia, in qua tum eminenti sua scientia, tum vitae sanctitate cunctis fidelibus se mirabilem praebuit. In mundo S. Hieronymus fuit Doctor celeberrimus; in deserto fuit monachus perfectissimus; in Ecclesia fuit homo portentosus, omnique virtutum et meritorum genere clarus. Ex jam praebitis facile dignoscitur, quid in tota hac encomiastica oratione intendam; id unum probare volo, quod sanctus Hieronymus vere magnus fuerit: *magnus vocabitur*. Et ut propositum finem assequi valeam, dico eum fuisse magnum in mundo, in deserto et in Ecclesia: in mundo, in quo sicut sol radians effulsit; in deserto, ubi angelicam vitam duxit; in Ecclesia, ubi tanquam prodigium habitus est: atque ut clarius explicem, quanta fuerit sancti Hieronymi magnitudo, dicam quod fuerit sol, angelus et prodigium. Fuit 1. *sol* in mundo; 2. *angelus* in deserto; 3. *prodigium* in Ecclesia.

## I PARS.

*Sanctus Hieronymus fuit sol in mundo.*

Sicut in admirabili creationis mundi opificio Deus solem, lunam et stellas, tamquam tot sidera, quibus mundum illuminaret, celo affixit; ita et in mundi reparatione, Christus in orbe ecclesiastico Apostolos, Doctores et innumeros sanctos excitavit, qui veluti fulgentissima lumina, universum terrarum orbem doctrina et virtutibus suis illustrarunt. Inter tot autem sidera sanctus Hieronymus fuisse videtur luminare majus, et quasi sol, qui affulsit hæreticis, mundanis et viris perfectis. Affulsit: 1. *hæreticis*, ut eos a via erroris averteret; 2. *mundanis*, ut illos a via perditionis revocaret; 3. *perfectis*, ut eis altioris sanctitatis viam patefieret.

1. In hoc conveniunt hæretici cum damnatis, quod illi et isti atris involvantur tenebris: damnati enim intra terræ viscera latent, in atris tenebris uruntur, et in mediis tenebris conticescunt. *Impii in tenebris conticescent* (II Reg. 32). Hæretici vero, in hoc mundo viventes, in tenebris erroris et ignorantie versantur, ac ita obscuratur intellectus eorum, ut dicant *bonum malum et malum bonum*. Deus, qui neminem vult perire, interdum Doctores mittit, qui hæreticos erudiant, a via erroris avertant et ad salutis viam dirigant. Et sic Deus mirabili sua providentia, eo tempore quo Ecclesia ab innumeris impugnabatur hæreticis, sanctum Hieronymum, tamquam solem fulgentissimum misit in mundum, ut erroris tenebras ab hæreticorum cordibus fugaret, eisque in via salutis illucesceret. Sicut enim sol est totius mundi lumen, ita et Hieronymus totius orbis Ecclesiastici lumen et sol extitit, qui non solum catholicos, verum et hæreticos innumeros illuminavit: *sanctus Hieronymus fuit prædicator regni, lumen mundi* (Lac. Just. in *vita Hieron.*). Temporibus sanctorum Augustini et Hieronymi undique grassabantur hæreses et in dies auge-

bantur; *crescunt errores, crescunt tenebre* (August. ser. 28 in *Joan.*). Sicut autem in mundi primordio Deus solem et lunam creavit, ut mundo illucescerent, ita Deus, mundum videns densissimis hæreses involutum tenebris, Augustinum et Hieronymum tamquam duo fulgentissima lumina, quæ in orbe Ecclesiastico fulgerent, apposite advocavit. Magnum lumen fuit Augustinus, magnum lumen Hieronymus; et si ab Augustino quaeratur, quod ex duobus his luminibus magis hæreticis illuxerit, ipse totum hujus rei honorem Hieronymo impendit, dicens, quod Hieronymus fuerit luminare majus; quodque tamquam sol admirabilis, hæreticis ab Oriente usque ad Occidentem illuxerit: *Hieronymus ab Oriente in Occidentem, instar solis, respexit* (ser. 2 in *Joan.*). Si ergo sanctus Hieronymus fuit sol, qui effulsit hæreticis, ut eos a via erroris averteret, *fuit etiam sol, qui mundanis affulsit, ut eos a via perditionis revocaret.*

2. Sanctissimo Christi præcursori Hieronymum comparat sanctus Augustinus, dicens: *Hieronymus erat alter Joannes Baptista* (Ib.). Si quaras a sancto Bernardo, quis et qualis fuerit sanctus Joannes Baptista? respondebit, quod fuerit *lucerna ardens et lucens* (1): Joannes quidem fuit lucerna ardens et lucens, quæ Herodiæ, Herodiadi, multis peccatoribus eum in deserto concionantem audientibus, omnibusque in peccati tenebris et in umbra mortis sedentibus illuxit. Sanctus autem Hieronymus fuit *alter Joannes Baptista*, quoniam fuit lucerna fulgentissima, et quasi sol hominibus mundanis, mundoque jeditis lucens. Jam enim illos de faciendis et de vitandis erudiebat; jam illos acriter arguebat, et jam illos suaviter monebat. Aliquibus tremenda Dei judicia exaggerabat, ut illos terret; aliis ineffabilem Dei misericordiam proponebat, ut illos in spem salutis erigeret: ac tandem omnibus mundanis, tamquam verus sol illucescebat, ut a via perditionis eos revocaret. In celo S. Hier-

(1) Hæc verba non Bernardi sunt, sed ipsius Christi, ut habetur (Jo. 5, 35). N. E.

ronymus, non secus ac alii sancti, nunc fulget sicut sol; jamque in terris degens fulsit sicut sol, scientiæ et virtutum suarum radius mundanos illuminans et a via iniquitatis avertens; scripta enim, verba et opera ejus micabant tamquam lumina, quibus peccatores irradiabat atque ab erroris et iniquitatis via illos revocabat. Heu! quot peccatores, suadente, docente et movente Hieronymo, vitis valedixerunt, dissolverunt colligationes suas pessimas, a pravis se elongarunt peccandi occasionibus, ac virtutis et veritatis viam amplexati sunt! quot item nunc sancti sicut sol fulgent in celo, quia sanctus Hieronymus, sicut sol, eis illuxit in terra! Certe S. Hieronymus fuit sol admirabilis, qui affulsit hominibus mundanis, ut eos a perditionis via revocaret; et qui affulsit etiam hominibus perfectis, ut eis altioris sanctitatis viam manifestaret.

3. Sicut Deus Solem suum oriri facit super bonos et malos, ita S. Hieronymus veluti sol quidam mysticus a Deo in hoc orbe positus non solum hæreticis, aliisque malignis peccatoribus, verum etiam hominibus sanctioribus et perfectioribus illuxit. Sol iste rutilantissimus innumeris illuxit religiosis, quos ad sublimioris perfectionis vitam edocuit; illuxit Paula, Melania, Eustochio, aliisque quampluribus sacris virginibus, quibus virginæ puritatis gloriam et merita manifestavit; illuxit tandem doctoribus, episcopis, summis Pontificibus, aliisque innumeris viris perfectioris vitæ sectatoribus et studiosis, quibus omnis perfectionis legas dedit. Sol ab Orpheo vocabatur *oculus mundi*, et a sancto Gregorio Nazianzeno *oculus lucis* appellabatur (Rodig. 3, 22). Quod autem de sole dixerant Nazianzenus et Orpheus, hoc et nos de sancto Hieronymo dicamus. Qui quidem fuit sol et *oculus mundi*, quoniam hominibus mundanis et peccatoribus illuxit, et fuit etiam sol et *oculus lucis*, quia sanctioribus et perfectioribus viris, qui *filii lucis* dicuntur, gloriosissime affulsit. Si ergo in laudem Simonis, Oniæ filii sacerdotis magni, dixit Spiritus Sanctus, quod sicut sol in templo Dei refulserit: quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei (Eccli. 50); de sancto Hieronymo similiter dicendum, quod in hoc mundo, qui est magnus Dei templum, hæreticis, mun-

danis et viris perfectis, tamquam sol effulserit. Postquam vero sanctum Hieronymum contemplantur sumus, ut solem in mundo, consideremus eum ut angelum in deserto; et hic est secundus magnitudinis ejus radius: *magnus vocabitur*.

## II PARS.

### *Sanctus Hieronymus fuit angelus in deserto.*

Licet sanctissimus Christi Præcursor, qui deserta sanctificavit, homo fuerit sicut et alii, in sacris tamen codicibus angelus vocatur: *Eccce ego mitto angelum meum*. Et quoad hoc illi similis videtur sanctus Hieronymus, de quo dicere possumus: *aliter hic Joannes Baptista*. Hieronymus enim, sicut et sanctus Joannes Baptista, vere fuit angelus in deserto ratione puritatis, abstinentiæ et orationis suæ: 1. *ratione puritatis*, qua floruit; 2. *ratione abstinentiæ*, quam sectatus est; 3. *ratione orationis*, cui indesinenter instavit.

1. Virgines sanctus Ignatius martyr vocat sacramenta: *virgines sunt Christi sacramenta*. Sunt utique angusta sacramenta, quæ sub fragilis et corruptibilis carnis velo angelicam puritatem occultant; sicut enim in sacramentis sub vili et visibili quodam signo, invisibilis et mirabilis Dei gratia latet, ita virgines pariter quasi sacramenta, sub visibili et vili carne angelicam puritatem tegunt et conservant. Vel dicamus, *virgines esse sacramenta*, quia ad extra sunt homines et intus angeli; ad extra sunt homines ratione nature humane, qua constituentur; ad intra sunt angeli ratione puritatis angelicæ, qua præstant. Unum autem ex hujusmodi sacramentis extitit sanctus Hieronymus, qui verus homo, sicut et alii, fuit etiam angelus puritate, quia leviora quæque impudicitie phantasmata velut infernum timuit et in carne humana puritatem angelicam servavit. Scio, quod dum in deserto commoraretur sanctus Hieronymus, horrendis interdum vexabatur carnis tentationibus, et probe etiam scio, quod adversus hunc luxuriæ



spiritum fortiter decertaverit et de eo gloriose triumphaverit. Cum iniquus hic immunditia spiritus eum aggrediebatur, ipse proprium corpus acerbis affligebat jejuniis, diris flagellis excubabat, omnibusque modis vexabat, ut de puritatis suae hoste triumpharet. In quo sanctum hunc solitarium puritate sua, non solum angelis parem, verum etiam superiorem arbitror, quoniam, ut ait S. Basilius, *virgines angeli sunt, non inferioris altius ordinis, sed illustrioris et nobilioris*. Et revera longe illustrius, nobiliss et fortius censendum, quod homo pugnando, corpus macerando et continua carnis mortificatione insistendo, puritatem illlesam conservet, quam quod angelus natura sua purus et spiritualis in puritate sua perseveret. Propterea salendum, quod sanctus Hieronymus in deserto angelus fuerit puritate sua: *ac etiam abstinentia et jejuniis suis*.

2. Nominem laet, sanctum Hieronymum abstinentiae et jejuniis maxime fuisse deditum. Hic inter monticulos vivebat, qui urgentem sitim solius aquae haustu extinguebant et qui solis leguminibus raro coctis et semper male conditis vescabantur; quam vivendi rationem licet asperriam, ille sollicito servabat. Imo, sicut aliis scelerum et sanctitate eminebat, ita et illos abstinentia et vitae austeritate anteibat. Si etenim fidem adhibeamus Augustino, Hieronymus toto quinquaginta annorum spatio, aqua solummodo usus est, et semel in die radices, vel olera comedere consuevit. Ipse etiam Hieronymus de semetipso refert, quod ut rebellis carnis motus comprimeret, sepe pluribus diebus ab omnibus cibis abstinere; ita ut pallent ora jejuniis, corpusque ejus aridum, exsiccatum et quasi mortuum spectantium oculis videretur. Unde de eo, sicut et de sancto Joanne Baptista dici poterat, *quod erat non manducans, neque bibens*. De eo etiam, sicut de sanctissimo Christi Praecursore, dici debet, quod meritis angelus in deserto, ratione abstinentiae et jejuniorum, quibus corpus jam peno exanimae affligebat et dire cruciabat. Sicut enim, *quia jejuniis vocavit Joannes, non homo, sed angelus existimatus est* (Ambr. de Helia et jejun., 3), ita, quia sanctus Hieronymus in deserto corpus summi acerbis excubiavit jejuniis, angelus, non homo vocari mereatur. Non au-

geli dicendi, qui interdum jejunant, ut legem de jejuniis non violent, non angeli appallandi, qui ita jejunant, ut cibis quadragesimalibus oppiare vescantur; item non angeli vocandi, qui in prandio exquisitis quadragesimalibus cibis sic ventrem replent, ut non jejunare, potius gulae indulgere videantur. Jejunis suis angelus vere evasit sanctus Hieronymus, qui ita jejunabat, ut solis radicibus et oleribus vesceretur, et cujus jejunia adeo crebra et arcta erant, ut pallent ora jejuniis, corpusque ejus, velut radix sicca, arida et quasi mortua videretur. De Hieronymo certo dici poterat: *non est homo, sed angelus, quia ferme angelus est jejunans* (S. Chrys.); ac de eo asseri, quod ordinis esset angelici, quia *jejunium, angelorum cibis est et qui eo utitur, ordinis angelici censendum est* (S. Athan. de virg.). O mirandum hominem! qui simul angelus est puritate qua floruit et jejunia quibus institit, atque etiam oratione, cui continue vacavit.

3. Angeli in caelo divinis continue insistent laudibus; hi tamquam astra illa matutina, Deum indesinenter laudant; hi sunt ministri Domini facientes voluntatem ejus, qui in omni tempore et loco divinis laudibus vacare non desinunt; hi sunt spiritus illi coelestes, qui semper vident faciem Dei et qui divinam majestatem continuis laudibus prosequuntur; hi tandem sunt hominum advocati et protectores, quorum operatio continua est Deum laudare, benedicere et pro hominum salute orare. *Angolorum opus est depravatio* (S. Chrys. ibid.). Sicut autem angeli in caelo, ita et Hieronymus in deserto orationi indesinenter incubuit: hoc dicendum speciale et quasi continuum ejus opus. Mirabilis enim ille solitarius in omni loco et tempore Deum pro se, et pro omni populo orare non desinebat, ita ut sepe tota die et nocte ad Deum precibus suis clamaret: *memini, inquit, me clamantem diem crebro junxisse cum nocte*. In vallibus et montibus, in rupibus et antris ad Deum preces fundebat; sic ubi concava vallium, aspera montium, rupium praeiuncta carnebam, ibi meae orationis locus. Hieronymus tandem, tamquam terrestris quidam angelus, in omnibus locis et temporibus orationi indesinenter adhaerebat. Nonnulli ho-

mines, quasi bruta et muta animalia, nusquam Deum deprecantur; et alii, sicut angeli, corda sua ad Deum per orationem continue elevant. Et istos sanctos Chrysostomus homines a brutorum natura alienos, angelos et angelorum socios nuncupat: *deprecatio te separat a multis animalibus, hæc te sociat angelis* (Chrysost. *de orand. Deum*). Pernoctabat Paulus in oratione Dei: ecce angelum et angelorum socium; orabat sanctus Antonius a solis occasu usque ad ejus ortum: ecce angelum; sanctus Benedictus, sanctus Bruno, sanctus Franciscus et alii multi sancti viri orationi sedulo et jugiter incumbabant, ecce terrestres angelos. Specialiter vero angelus dici meretur S. Hieronymus ratione orationis, cui tam frequens et assiduus vacabat, ut orare et respirare unum et idem in eo esse viderentur. Dum Romæ moraretur, ibique personarum parum institutioni, conscriptioni librorum, totiusque Ecclesie majoribus negotiis incumberet, ingemiscerat eo quod ardens orandi studium, quo fervebat, ad satietatem explere non valeret. Ideo solitudines quesivit, et loca deserta ab omni tumultu semota adivit; ibique orationi tam assidue vacavit, ut non amplius homo, imo verus angelus videretur et angelis cœlestibus sociaretur. Magnus ergo extitit sanctus Hieronymus, quia fuit angelus in deserto, *ac etiam quia fuit prodigium in Ecclesia*. Ecce tertium magnitudinis ejus radium: *magnus cocabitur*.

## III PARS.

*Sanctus Hieronymus fuit prodigium in Ecclesia.*

Si portentia et prodigia dicimus viros illos, qui aliquid insolitum, extraordinarium et admirabile in se habent, vel operantur, multis sane rationibus prodigium in Ecclesia dicendus sanctus Hieronymus; prodigium enim fuit 1. *libris*, quos conscripsit; 2. *oculis*, quæ protulit; 3. *virtutibus*, quibus enituit.

1. A Deo quidem inspirata ac portentosa videtur Augustini, Gregorii, Chrysostomi et aliorum sanctæ Romanæ Ecclesie Patrum

doctrina, nec mirabiles eorum libros legere possumus, quin in eis aliquid portentosum agnoscamus. Attamen quid magis portentosum elucet in sancto Hieronymo ratione mirabilium librorum quos dictavit, et scriptorum quæ Ecclesie reliquit; ejusmodi enim libros, talique scripta edidit sanctus Hieronymus, ut aliquomodo ipsius libri et scripta videantur libri et scripta Dei. Mirabilis enim ille Doctor a Deo et ab Ecclesia delegatus, ex sacra Scripturæ libris dispersa collegit, ab hæreticis corrupta redintegravit, variasque sacrorum librorum versiones elucubravit et Ecclesie tradidit, in quibus simul leguntur scripta Dei et scripta sancti Hieronymi, libri Dei et libri sancti Hieronymi. Eaque inter se ita connexa habentur, ut revera libri et scripta, quæ Deus Ecclesie suæ reliquit, dicantur etiam libri et scripta S. Hieronymi, et e contra libri et scripta sancti Hieronymi sint etiam libri et scripta Dei. In admirabili Verbi æterni incarnatione divinæ cum humana Christi natura tanta effecta est unio, ut per communicationem idiomatum, quæ de una ex his naturis dicuntur, de alia etiam dici possint. Et sic de Christo Salvatore nature divinæ, parvus, passibilis, moriens et mortuus. Et contra nature divinæ, cui humanitas conjungitur, dicimus, quod hic homo est æternus, immensus, infinitus et impassibilis. Idem quodam modo dicendum videtur de libris et scriptis sancti Hieronymi respectu scriptorum et librorum Spiritus Sancti. Nam ex eo tempore, quo ad totius Ecclesie decorem et utilitatem sacrorum librorum versionem, quæ nunc vulgata dicitur, edidit sanctus Hieronymus, tanta librorum ejus cum divinis extat unio, ut revera libri Dei censeantur libri sancti Hieronymi et libri sancti Hieronymi vicissim libri Dei. Unde si de sanctæ Scripturæ libris dicat quis, quod sint opera Dei, quia Deo inspirante conscripta, addam et ego, quod hæc sint Hieronymi opera, quia ab eo collecta, correctæ et linguæ latinæ reddita sunt (1). Miramini scripta et libros

(1) Hæc tamen, auctoritas venia, nimis urgeri videntur, et dum gesta et merita viri sancti exaltantur, vix non detrahatur divinitati sacrorum librorum.

sancti Hieronymi, et fatemini, eum in Ecclesia esse prodigium, ratione librorum quos scripsit: *itemque sanctus Hieronymus reputatur prodigium in Ecclesia ratione oraculorum quae protulit.*

2. Sua olim oracula habebant gentiles, quae nil aliud erant, quam daemones in idolis loquentes, qui nunc casus futuros praedicebant, nunc dubia proposita solvebant, et fere semper sub verbis aequivocis et amphibologicis homines falebant. Vana quidem, superstitiosa et exitiosa haec oracula; e contra verum totius Ecclesiae oraculum extitit S. Hieronymus, qui tot oracula, quot verba protulisse videtur: et ad quem tanquam ad oraculum, ex omnibus terrae partibus omnis generis personae veniebant. E salvis et antris egrediebantur monachi, ut ab eo perfectiorem vivendi normam acciperent: ad eum undequaque accedebant episcopi, ut eum loquentem audirent, atque ejus consiliis se subicerent. Ad eum advolabant viri doctissimi, ut doctiores fierent; ipse etiam Augustinus, qui ut doctorum aquila et ut fulgentissimum mundi lumen a cunctis inspiciebatur, difficiliorum sacrae Scripturae locorum explicationem ab eo saepe petebat. Nec mirum si sanctum Hieronymum consulant Doctores et Episcopi, cum et ipsi summi Pontifices, qui totius Orbis ecclesiastici sunt oracula, ad eum, tanquam ad superius quoddam oraculum irent, ab eo consilium petere non dedignantur, ejusque responsiones, velut decreta a Deo manantia recipere et venerarentur. Ad eum ex omnibus mundi partibus properabant docti et indocti, qui eum consulebant, *quasi si quis consuleret Dominum* (I Reg. 16); ipse autem omnibus respondebat, ejusque responsa tanquam oracula et decreta canonica recipiebantur. Itaque fatendum, quod sanctus Hieronymus in Ecclesia vere prodigium fuerit ratione oraculorum, quae protulit: *ac etiam ratione virtutum, quibus enituit.*

Constat enim in infinitum differre divinas scripturas a scriptis cujuscuque vel sanctissimi doctoris, prout differre noscuntur opera sapientiae increatae ab operibus intellectus creati; ea igitur sequere vel nihilum ad invicem comparare, saltem quibz absolum et incongruum sapit.

N. E.

3. In Hieronymo, qui totus portentosus erat, portentose micabant virtutes. Portentosa in eo humilitas, portentosa paupertas voluntaria, portentosus salus animarum zelus, portentosa penitentia, portentosa mortificationes, quibus corpus exercebatur et portentosus contentus omnium virtutum quibus rutilabat. Probe sciebat S. Doctor, illos in caelo non fore magnos, qui alios solum docuerint, nisi et ipsi fecerint quae ab aliis agenda dixerint: *qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum* (Matt. 5). Hic ergo non solum alios verbo decore mundi fugam, divitiarum contemptum, solitudinis, mortificationis, humilitatis, orationis et omnium virtutum amore; verum ipsemet terrena cuncta abiciens et mundo valedicens, in locum solitarii, tanquam in voluntarium carcerem se recipit; ibique jam corpus flagellis dire excipit, jam lapide pectus crudeliter tundit, nunc uberes fundit lacrymas: ac ibi orationi, contemplationi, humilitati, charitati, jejunis, aliisque virtutibus tanto spiritus fervore incumbit, ut omnibus hominibus prodigium effectus sit; *prodigium factus sum multis*. Sibi ipsi, sicut et aliis dicebat Hieronymus; *delicatus es, si et hic vis gaudere cum saeculo et postea regnare cum Christo* (lib. 2, ep. 5). Quapropter nil voluptati, nil mundi delicis, nil corporis consolationi dabat; totus erat orationi, totus humilitati, totus charitati, totusque omnium virtutum exercitio. Heu! quibus virtutibus non floruit in celebri illa Syria solitudine, ubi toto quadriennio remansit, et ubi monachis humillimis humilior, pauperior pauperimis et sanctissimis sanctior extitit! Ulterius quas virtutes non sectatur in monasterio illo Bethlehemitico, a sancta Paula Romana exstructo! Ibi omni humilitate adorat Christum in praeseptio nascentem, ibi gemitum Christi pueri memor, propriis lacrymis sanctum illud antrum irrigat: ibi Christum ut perfectissimum altioris humilitatis, arctioris paupertatis, ardentioris charitatis, omniumque virtutum exempla indesinenter contemplatus, ei, quantum fas est, se conformem efficit, omnesque virtutes tanta cum perfectione sectatur, ut ratione virtutum suarum omnibus prodigium efficiatur. Miramini portentosum



hunc virum, atque virtutes ejus imitari contendite. Quid proderit ejus propalare merita et virtutes predicare, si eum nullo modo imitari velimus? non salvabimur, quia ille sanctus fuit et quia ille omni virtutum genere floruit; salvabimur, si has sedulo sectemur virtutes, quibus ille adhasit. Non salvabunt nos bona ejus opera, verum nostræ ergo faciamus bona opera quæ fecit Hieronymus et salvabimur sicut Hieronymus. Dei judicia sæpe mente volebat vir ille sanctissimus et ab eis plurimum timebat: *ego diebus ac noctibus cogito cum tremore, reddere nocissimum quadrantem* (ep. ad Florent., 9). Timebat etiam æterna inferni supplicia, quæ ut securius vitaret, in solitudinem secessit, ubi omni virtutum generi operam dedit: *ille ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaveram* (Ep. 22 ad Eustoch.). Timebat ille, timete et vos; ac sicut timor judiciorum Dei et penarum inferni, eum ad perfectius Deo serviendum induxit, timete similiter vos; et ita timete, ut abdicato omni scelere, virtutibus illis sectandis sedulo incumbatis, quibus mediantibus æternam beatitudinem assequi valeatis. Amen.

## DE ANGELO CUSTODE

## CONCIO UNICA.

*Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te*  
(Psal. 90, 8).

Deus, cujus in omnibus admirabilis est providentia, angelos scientia, decore et dignitate omnes alias creaturas superantes, ad hominum tam impiorum, quam justorum custodiam delegare dignatur. Cælestes autem illi spiritus, quasi suæ dignitatis obliiti, Dei obtemperant voluntati et personarum sibi commis-

sarum saluti mira sollicitudine invigilant. Hi namque semper suadent bona, introrsus loquuntur salubria, ad orandum provocant, excitant ad compunctionem, pacificant mentem, cogitationes ordinant, spei infundunt dulcedinem, obtemperare Deo, legisque mandata servare docent: et ut paucis multa complectar, *Angeli nostram in omnibus zelant salutem* (S. Laur. Just. de cast. con., 3). Omnia quæ sanctissimi et vigilantissimi illi custodes nobis impendunt beneficia, singulatim recensere, explicare et predicare nobis foret impossibile; ideo ex iis aliqua solummodo ponderabimus, quæ maxima novimus et quæ ad magna custodibus angelis obsequia præstanda quemque nostrum excitare et compellere debent. Ave.

Protoparentis nostri peccato effecti sumus ignari, debiles et miseri, omnique gratia indigni. Exitioso hoc peccato evasimus ignari eorum quæ Dei sunt, ita ut hominum plerique veluti bruta animalia, nequaquam spiritalia et divina percipiunt. *Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei* (1 Cor. 2). Hoc peccato affecti sumus etiam debiles respectu demonis, qui adversum nos continue pugnat, quique nos devorare et perdere semper intendit: *adversarius vester diabolus circuit querens quem decoret* (1. Pet. 5). Hoc tandem peccato facti sumus miseri et cælestibus indigni favoribus; *homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multi miseris* (Job. 14). Si jam ignari et cæci sumus, aliquo egemus doctore, qui nos erudiat et illuminet; si sumus infirmi et debiles, aliquo indigemus protectore, qui nos roboret et defendat; si tandem miseri et divina gratia indigni sumus, vigilantem et potentem apud Deum egemus patrono, qui pro nobis oret, salutisque nostræ negotia gerat. Angeli autem tria hæc nobis impendunt beneficia: sunt enim doctores, protectores et advocati nostri. Sunt 1. *doctores*, qui nos erudiunt; 2. *protectores*, qui nos defendunt; 3. *advocati*, qui apud Deum pro nobis patrocinantur.

## I PARS.

*Angeli custodes sunt Doctores, qui nos erudiant.*

Christus Dominus in mundam venit, sive ut Salvatoris solum, sive etiam ut doctoris fungeretur officio, et ideo vocari voluit Magister et Doctor. *Vocatis me, Magister, et bene dicatis* (Joan. 13). Divinus autem ille Doctor homines erudit, eosque docuit peccati fugam, virtutis amorem et ea omnia quæ ad salutem spectant. *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, eradiens nos ut obnegantes impietatem et secularia desideria, sobrio et juste et pie vivamus in hoc sæculo* (ad Tit. 2). Quod fecit Christus respectu totius humani generis, hoc et quotidie suorum clientum, hominumque suæ cure demandatorum gratia perficiant custodes angeli. Eos enim erudiunt interius: eos docent obtemperare Deo, impietatem abnegare, resurgere a peccato: sobrietatem, humilitatem, omnesque virtutes sectari: ac ea omnia quæ salutis sunt, sedulo peragere. *Angeli docent nos obtemperare Deo, subesse majoribus, pacem diligere, humilitatem sectari et cuncta odisse quæ nocent repugnare virtuti* (Laur. Just. *ibid.*). Angelus divus Athanasius *mortalium præceptores vocat*; quilibet enim custos angelus respectu sui clientis doctoris et præceptoris fingitur officio; ac, ut ait D. Augustinus, *custos Angelus semper nobis adest, nosque salutaribus inspirationibus illuminat* (Solit. 27). Unde quilibet angelus suo dicere posset clienti quod Danieli dixit Archangelus Gabriel: *nunc egressus sum, ut docerem te*. Custodes namque angeli e celo egrediuntur et ad hæc inferiora descendunt, ut nobis astant, atque tamquam doctores ad nostri curam destinati doceant nos terrena despiciere, vitare peccata, virtutem sectari, Deum et proximum toto corde diligere, omniaque peragere, quæ ad salutem et perfectionem nostram attinent. Quilibet custos angelus similis videtur angelo illi ad reges Magos a Deo misso,

qui eos docuit, ut, adorato Salvatore, per aliam viam redirent in regionem suam; quilibet enim custos angelus clientem suum docet, ut Christum adoret, peccati viam relinquat, et per aliam, seu per virtutis viam ad æternam paradisi patriam pergat. Custodes idem angeli superbis viam humilitatis, avaris viam charitatis, omnibusque hominibus perfectionis et salutis viam inspirant, et ad hæc quæ inspirant adimplenda monent et sollicitant: *non cessant sollicitare et assiduis suggestionibus monere* (S. Bernar. serm. 30 in *Cant.*). Cum Petrus catenis vincetus in carcere detineretur, misit Deus angelum suum, qui cœlesti lumine totum illustravit carcerem, in quo vincetus dormiebat apostolus, dixitque ei, ut fugeret: *ecce angelus astitit, et lumen refluxit in habitaculo, percussaque latere Petri, excitavit eum, dicens: surge velociter* (Act. 12). Idem accedere solet quilibet peccatori; quamdiu enim homo in statu mortalis peccati vivit, tetris criminum suorum catenis constringitur: *funes peccatorum circumplexi sunt me* (Psalm. 118). Hic etiam in peccatis suis dormit: *exurge, qui dormis*. Jamvero angelus custos peccatorum internis inspirationibus illuminat, eumque ad surgendum a peccato excitat: et, ut loquitur doctor Seraphicus, *angelus custos peccatori, vinculis peccati conpedito, in tenebris obnubilato, infundit aliquem radium suæ illuminationis et dicit ei: surge velociter* (serm. de S. Michale). Idem Seraphicus Bonaventura ait, quod angelus custos, ut clientis sui Doctor, eum sic alloquatur (*Ibid.*): «surge, miser, et considera ubi faces, quomodo corruptisti tuam naturam, detestasti pulchritudinem tuam, quæ eras ad imaginem pulchritudinis æternæ factus; nam repulisti a te Spiritum sanctum, factus es demonum postribulum, privasti te æternis præmiis, obligasti te æternis suppliciis: surge igitur et redi ad penitentiam». O mirabilem Doctorem, qui peccatores docendos et vitandis mirabiliter erudit! Quando Agar fugiebat a facie Saræ dominæ suæ, occurrit ei angelus, qui eam hortatus est, ut ad dominam suam revertetur: *reportare ad dominam tuam* (Gen. 16). Eodem modo se habet custos angelus erga clientem, qui a Deo per peccata recessit; angelus enim

eum intus illuminat et erudit; ei peccati sui gravitatem revelat, illumque sollicitat ad resurgendum a peccato et ad revertendum ad Dominum, a quo discesserat; ei intus dicit angelus: *revertere ad dominam tuam, converge te ad dominam sapientiam* (D. Bonav. *ibid.*). Cum homo per peccata sua a Deo fugit, angelus custos, ut prædicator et doctor, eum erudit, eique intus dicit: «exurge qui dormis; vide, miser, quanta sit iniquitas tua; quanta sit malitia tua, quantave turpitudine tua. Considera, quis sit ille quem offendisti, quod sit bonum quod perdidisti, quodve sit malum quod contraxisti. Attende tibi misero et infelici, respice mortem quæ accelerat, iudicium quod appropinquat et infernum qui te expectat, si pravam tuam non derelinquas viam et si a peccato non resurgas. Quare, *ne tardes converte ad Dominum, sed celeriter revertere ad dominam tuam, converge te ad dominam sapientiam*» (Ibid.). O exitium Doctorem! O quam mirabiliter peccatores erudit! Insuper angeli custodes erudiant etiam homines justos: eos enim patientiam, benignitatem, charitatem et omnes virtutes docent: eorumque mentes ad divina mysteria percipienda elevat: *elevant mentem nostram et inflammant ad amorem æternorum* (Ibid.). Certum est, quod angeli custodes maxime sollicitos se habeant de salute clientum suorum: *nunquam quiescunt angeli in opere salutis nostre: nimirum quia optime norunt, quanta res sit in æternam damnari* (D. Ber. serm. 29 in Cant.). Hi pro nostra laborant salute, tum precibus quas pro nobis Deo offerunt, tum peccandi occasionibus, quas a nobis avertunt. Et pro nostra potissimum laborant salute, erudiendo nos interius de vitandis et de agendis, nosque docendo viam salutis et perfectionis; unde quilibet custos angelus respectu alumni sui facere videtur, quod fecit angelus respectu sancti Joannis Evangeliste, quem angelus in altum sustulit et cui idem angelus paradisi gloriam ostendit: *sustulit, inquit, me angelus in spiritu in montem magnum et altum et ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem* (Apoc. 21). Quilibet enim angelus clientem suum tollit in altum, illumque erudit interius, ut ad montem Dei et ad civitatem sanctam Jerusalem eum dirigat et perducatur: quilibet

erga suum clientem est doctor sollicitus, qui eum intus docet, quæ agenda et quæ vitanda, ut ad excelsum cæli montem pervenire valeat. Illos quidem non videmus doctores: at illos intus loquentes audimus. O quoties audisti angelum tuum intus te monentem, ad bene operandum te excitantem; teque de agendis et vitandis erudientem! Quoties audisti eum tibi loquentem ad eor, tibi que dicentem: *declina ab hoc et illo peccato, cui addiceris: hanc et illam fuge occasionem, quæ te ad prava trahit: huic et illi virtuti comparanda sedulo incumbere!* Quoties illum audisti, dicentem tibi: *terrena despice, carnalia fuge, spiritualia dilige et ad æterna indesinenter aspira!* Certe angelos intus nos docentes sæpe audimus; tamen tanta est nostra infirmitas, vel potius tanta nostra malitia, ut tam beneficos doctores, eorumque monita et consilia parvipendamus, ac pro nihilo habeamus. O quam bonus Israël Deus qui tauti meriti doctores ad nos erudiendos mittere dignatur! vicissim o quam iniqui homines, qui horum doctorum monita abjiciunt, inspirationes despiciunt et doctrinam parvipendunt! Erubescere, frater, eo quod nullum, aut paucissimum ex tantorum doctorum monitis, consiliis et eruditionibus emolumentum perciperis: simplex a Deo veniam postula, eo quod tantis tibi ab eo datis salutis doctoribus non obtemperaveris; ac in posterum hos doctores honora et ea quæ te docebant adimple; in posterum redde quod debes angelis custodibus, qui sunt doctores a quibus erudimur: *et qui sunt etiam protectores, qui nos adversus demones defendunt et ab eis tuentur.*

## II PARS.

*Angeli custodes sunt protectores, qui nos tuentur.*

Tanta demones adversus nos scatent malitia, ut tartareo illi spiritus in reprobis sua republica deceraverint, cuilibet homini in hoc mundo viventis, dandum demonem tentatorem, qui ejus ruinam molliatur, omnibusque modis eum ad peccatum et ad



infernum trahere conetur: *suggessimus*, inquit Tertullianus, *nullum hominem carere demonio* (lib. de an.). Deus autem mirabili sua providentia angelo angelum, seu angelo tenobrarum angelum lucis opposuit. Et sicut diabolica respublica demones tentatores contra nos destinavit, ita Deus custodes nobis dedit angelos, qui tamquam athlete fortissimi a tartareis illis spiritibus nos protegant, ac ab eorum adversum nos machinationibus defendant et tueantur. Unde a Sophronio custodes angeli vocatur *conservatores, defensores et decertatores* (orat. de excel. angel.), quia scilicet pro nobis decertant, nosque ab immiani demonum rabie protegunt et defendunt. Scio, specialem adversus demones datam potestatem iis angelis, qui *potestates* vocantur: *potestates sunt angeli, quorum ditioni virtutes adversa subjecta sunt* (S. Gregor. hom. 34 in Evang.). Tamen et ipsi angeli custodes potestatem habent adversus demones, eosque coercere possunt, ne hominibus noceant. *Deus*, inquit Augustinus, *subdit angelos malos angelis bonis, ut malorum improbitas, non quantum vititur, sed quantum sinitur, possit* (de Gen. ad lit. 1, 22). Et author operis imperfecti asserit, tantam esse angeli custodis in demones potestatem, ut in presentia boni angeli, si se a demonibus videri permittat, non audeant demones tentare homines (hom. 5 in Matth.). Hac quidem sibi a Deo data in demones potestatem non semper et in omnibus casibus utuntur custodes angeli, tantum quando et quomodo a Deo statutum noverint. Custodes enim angeli sunt sapientie divinae ministri, ac proinde potestate sua in demones tradita utuntur juxta Dei placitum, eosque arcant, quantum sapientia divina arcendos judicat et non amplius: unde sicut divina sapientia aliqua mala ab hominibus fieri permittit propter bona, quae inde elicit, ita et permittit, ut boni angeli non semper demones cohibeant a nocendo, nec homines totaliter a demonum tentationibus et aggressionibus liberent. Nisi vero custodes angeli potestate sua in demones non ita utantur, ut eos semper impediant, ne ullo modo nobis noceant, ea tamen sic utuntur, et ita adversus demones nos protegunt, ut tartarei illi spiritus in rebus salutis naquam nobis

nocere possint, nisi ipsi velimus: *hi sunt nostri custodes et protectores, qui semper et ubique nobis assistunt, nec nos patiuntur laedi, nisi velimus* (D. Bonav. ibid.). Sicut angelus Tobiae demonem, nomine Asmodaem, qui Sara viros interficiebat, alligavit in deserto superioris Aegypti, ita et custodes angeli alligant demones, illosque ita coercent, inquit Doctor Seraphicus, *ut nobis nocere non possint, nisi velimus*. Et haec sententia dixit Tertullianus, quod *potestas demonis subjecta sit homini* (Apol. 15); demonis enim potestas homini subjicitur, quia ab angelis custodibus ita ligantur et arcantur demones, ut nullo modo hominibus in rebus salutis nocere possint, nisi ipsi velint: quod praecclare explicat D. Augustinus familiari similitudine canis ad palum alligati. Sicut enim canis ad palum alligatus, quantumvis mordax et rabidus, nullum moritere potest, nisi volentem, sic daemon ita alligatur et arcetur ab angelis custodibus, ut velut canis, latrare possit, mordere tamen et ad peccatum nos cogere non possit, nisi ipsi velimus: *latrare potest, mordere non potest, nisi volentem*. O quam mirabiliter angeli custodes nos a demonibus protegunt et defendunt! cum ita illorum malitiam coercant, ut nobis nocere nequeant, nisi ipsi velimus. Praeterea sic nos a demonibus defendunt, ut mediante angelorum auxilio, iis illudere possimus. Daemon est draco tartareus, cujus in homines malitia tanta est, ut eos semper vorare et flatu suo, seu malignis inspirationibus ad prava trahere et enecare contendat. Jamvero quantumvis magna sit draconis illius malitia, quantumvis malignus et pestilens ejus flatu, quantumvis etiam nos potestate et fortitudine superet, ab illo nos protegunt et defendunt angeli nostri custodes, ut ei illudere possimus. Ille est draco, quem formavit Deus, non ut nobis illuderet et de nobis triumpharet, imo ut nos ei illuderemus: *draco iste, quem formasti ad illudendum ei* (Ps. 103); eique revera, tamquam aviculae, illudimus, si velimus, non ex solis viribus nostris, sed mediante angelorum patrocinio: quodque majori adhuc admiratione dignum videtur, non solum demoni illudere, etiam eum dejicere et quasi conculcare possumus. Daemon in Sacra Scriptura quandoque vocatur

draco, quandoque aspis, basiliscus et leo. Dicitur *aspis* propter calliditatem, quia occulte laedit; vocatur *basiliscus* propter venena, quae infundit; appellatur *leo* propter fortitudinem qua pollet, et quia in homines rugit eosque vorare contendit: *tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret*. Terribilis quidem ille aspis, formidandus ille basiliscus, immanis ille leo; attamen mediante angelorum auxilio super hanc aspidem ambulare, hunc basiliscum conculcare et hunc leonem conculcare, seu in illum auctoritatem habere possumus, ita ut nec in minimo nobis nocere queat; et ut nullum hac de re dubium remaneat, regium audite Vatem: *angelis suis, inquit, Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*; et mox subiungit: *super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*. Quasi dicat, mediante angelorum custodia, super daemones qui malitia sua aspis, basiliscus, leo et draco dicitur, incedes, eumque conculcabis, seu in eum auctoritatem habebis, ita ut in rebus salutis tibi nullo modo nocere possit, nisi velis. Contra malignos illos daemones, contra hostes tam feroces, tamque potentes, humana fragilitas stare non posset, nisi adjuutores, propugnatores et protectores angelos ei Deus provisisset; mediante angelorum auxilio, homo quantumvis fragilis, debilis et infirmus, de formidandis illis hostibus triumphare potest; imo et eis illudere, eosque quasi conculcare, quia angeli custodes ita nos ab iis defendunt, ut nocere nequeant, nisi velimus. Gratias ergo agamus Deo, qui tales nobis protectores et defensores dare dignatus est; gratias etiam agamus ipsis angelis, qui milles a daemorum insidiis et machinationibus nos defenderunt, et de iis triumphare fecerunt, eosque supplices rogamus ut in tentationibus nos semper adversus daemones protegant et defendant. Haec ab iis gratia singulis diebus est petenda, tum praecipue cum gravis aliqua urgeat tentatio: *quoties gravissima veniunt urgere tentatio, tribulatio vehementer imminere, invoca custodem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, et dic: Domine, salva nos, perimus* (D. Bern. ser. ix in Psal. Qui habitat.). Sic invocate custodes angelos, qui sunt protectores, qui

nos a daemonebus defendunt: *et qui sunt etiam advocati, qui apud Deum pro nobis orant et salutis nostrae negotia agunt.*

### III PARS.

*Angeli custodes sunt advocati, qui apud Deum pro nobis patrocinantur.*

Unicuique datur angelus custos, qui alium sibi commissum ab ipso conceptionis instanti usque ad extremum vitae terminum non derelinquit. Et licet homo graviter peccet, peccata multiplicet, ac multifariam adversus ipsum custodem angelum se ingratum exhibeat, ab eo tamen nunquam deseritur: *non dimittet eum peccaveris* (Exod. 13). Sicut enim daemones non relinquit hominem iustum ob bona opera, quae perficit, ita et bonus angelus clientem suum nunquam deserit, quantumvis peccet et in ipsum custodem ingratus sit; imo, quo major est nostra erga custodes angelos ingratitudo, eo major eorum in nos videtur esse sollicitudo: *quotidie, inquit Petrus Damianus, angelos ad nostram custodiam deputatos multipliciter offendimus et offensam negligentia cumulamus. Ipsi autem licet a nobis frequenter injurias patiantur, sustinent tamen et compatiuntur peccantibus. Nec minor illorum circa nos custodia, imo major sollicitudo, cum boni custodis sit, infirmis magis, quam sanis operam exhibere* (serm. 5 de exalt. S. Cruc.). Medicus, qui ex charitatis motivo operatur, non irascitur adversus infirmum phreneticum, qui ei conviciatur, qui ejus spernit consilia, remedia despiciet et personam parvipendit; quin contra spiritum compassionis ductus majori cum solitudine sanitati ejus invigilat. Eodem prorsus modo erga nos se gerunt custodes angeli; postquam enim multas a nobis passi sunt reptulas et ingrattudines, saluti nostrae maxima solertia invigilant: *injurias quas eis quotidie inferimus, dum custodiae eorum refragantur, patienter sustinent, nec laesi*



*nos ledunt: imo mitius compatiuntur nobis, et tanquam medici maiorem sollicitudinem infirmis impendant* (Petr. Bles. in serm.). Magna hæc angelorum custodum in clientes suos sollicitudo apparet in hoc mundo et in cælo: *in hoc mundo*, ubi clientes commitantur, a dæmonibus defendunt, a peccandi occasionebus avertant et viam salutis docent: *in cælo*, ubi Deum pro clientibus orant et ut advocati peritissimi iis apud Deum patrocinantur. Sicut in scala Jacob visi sunt angeli ascendentes et descendentes, ita et custodes angeli a cælo descendunt, et ad cælum ascendunt: *descendunt*, ut nos custodiant, protegant, defendant, suisque inspirationibus nos a malo avertant et ad bene operandum inducant: *ascendant*, ut apud Deum salutis nostræ negotia peragant, nobisque patrocinentur. Et revera nobis apud Deum patrocinantur 1. pro nobis Deum orando; 2. bona nostra opera, precesque nostras ei offerendo.

1. Quamdiu in hoc mundo moramur, oculos sumus et a facie Dei exclusi, ita ut facilis ad Deum nobis haud pateat accessus; ideo potenti et vigilantii aliquo egemus patrono, qui apud Deum salutis nostræ negotium agat et pro nobis oret. Hoc autem beneficium nobis impendant custodes angeli, qui ardentur pro nobis Deum orant, suisque orationibus salutem nobis procurare conantur. Tales angeli, inquit Augustinus, magna cura adsunt nobis omnibus horis et locis, subvenientes necessitatibus nostris et *pro nobis Deum orantes*. Orant pro nobis Deum custodes angeli: rogant eum ut nobis largiatur humilitatem, patientiam, benignitatem, charitatem et omnia quæ ad salutem nobis necessaria norunt. Et ut a Deo impetret, ea petunt in nomine Christi, qui pro nobis pati et mori dignatus est: *rogant pro genere humano in nomine Christi*, inquit Chrysostomus: *quasi dicant; pro his, Domine, rogamus, quos tu aileo dilexisti, ut pro eorum salute mortem obires et animam in cruce efflares; pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem; pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti*. Sic Deo loquuntur illi advocati, pro nobis illum orantes. Ad hæc custodes angeli sunt etiam advocati nostri apud Deum qui *preces nostras et omnia bona opera*

*quæ facimus, illi offerunt, ut eum nobis propitium reddant.*

2. Hoc advocati munus angelos nobis præstare docet S. Vincentius Ferrerius: *advocatur*, inquit, *pro nobis presentando Deo bona quæ facimus, ut orationes, jejunia et alias asperitates penitentiales quæ multum placent Deo* (Vincent. ibid.). Idem aliis verbis dicit Doctor Seraphicus: *angeli*, ait, *in conspectu Dei perferunt omnia bona nostra opera, non quod Deus, quem nullum latet secretum, ea non noverit, sed quia Deus vult, et ita ordinavit, ut ea, quæ ipse novit et amat, narrent, laudent et predicent; ideo fortassis ut opera nostra sint in conspectu ejus accepta*. De Cornelio viro religioso et Deum timente habetur in Actibus Apostolorum, quod dixerit ei angelus: *Corneli, orationes tuæ et eleemosynæ ascenderunt in conspectu Dei* (Act. 10). Quomodo ascenderunt? Angelorum ministerio, qui orationes eleemosynas, jejunia, omniaque alia bona nostra opera Deo offerunt: *angeli custodes*, ait Petrus Cellensis, *omnia bona opera nostra Deo presentant* (lib. 1 de tabern.). Addit Augustinus, angelos Deo preces et omnia bona opera nostra offerre, ut illum nobis propitium reddant: *angeli gemitus nostros, atque suspiria referunt ad Deum, non quidem quia Deus illa ignoret, sed ut impetret nobis facilem suæ benignitatis propitiationem* (Sol. 27). Angeli, ut advocati de salute nostra plurimum solliciti, orationes nostras suis jungi optant, et quasi orationes eorum non sint satis efficaces ad obtinendam nobis a Deo gratiam et misericordiam, ad eum nostras etiam preces deferre et offerre cupiunt, ut medianibus illis eum nobis propitium reddant; *nostras preces ad aures Dei adducunt*, ait Anastasius Nysseus, *ut eum propitium reddant* (apud Suar. de Angel., 6, 19); nec tantum preces, etiam reliqua bona nostra opera Deo offerunt, ut eum ad nobis propitiandum inclinent; ipsumque suppliciter deprecantur, ut nobis qui has et alias preces fidimus et qui hæc et alia bona opera perfecimus, indulgere et salutis gratiam concedere dignetur. O mirabiles advocati, qui apud Deum et verbis et factis nobis patrocinantur! o quam felices sumus, quod tales



in caelo patronos habeamus! Ideo o quam sedulo orare et bonis operibus incumbere debemus, cum hi et preces, et omnia bona nostra opera Deo offerant, ut illum nobis propitium reddant, atque apud eum salutis nostrae cansam gerant! *Multum sane conari et satagere debemus ad bona opera facienda, cum tales advocatos habeamus, qui statim ea referant in conspectu Dei et scribant in libro vitae* (D. Bon., ibid.). O homo, quod potest manus tua instanter operare: ne turpi otio indulgeas; operibus vanis et ad salutem nil pertinentibus ne te dedas; omnia opera mala et ipsa quo mali speciem habent, sollicite devita; quidquid boni facere poterit manus tua instanter operare, operibusque bonis sedulo incumbere; et custos angelus tanquam advocatus beneficus, omnia tua bona opera Deo presentabit, ut te in libro vitae scribi curet. Paxit Deus, ut omnes in hoc libro scribi et aeterna beatitudine post mortem donari mereamur. Amen.

## DE B. V. MARIE ROSARIO

## CONCIO UNICA.

*Dies victorie hujus festivitatis in numero sanctorum dierum accipitur* (Judith. 16).

Maria simul cum Christo filio suo pacis bellicae regina constituitur: pacis utique, quia simul cum illo ad pacem universo generi humano afferendam non parum contulit; belli vero, quia de haereticis, infidelibus, demonibus et omnibus christiani nominis hostibus persaepe triumphavit. Mariam omni tempore, ut pacis reginam colere debent fideles; speciatim vero sancta nos admonet ac jubet Ecclesia, ut illam sive veluti bellorum triumphorumque reginam veneremur. Hodie enim Virgo, sicuti altera Judith, fecit confusionem magnam, non in domo regis Nabucho-

donosor, sed in toto Turcarum imperio: haec est dies sollemnis, in qua a dira servitute praeservavit, non Bathuliae cives, verum sanctae Romanae Ecclesiae filios: hodie tandem Maria precibus sodalium Confraternitatis Rosarii ad misericordiam inclinata, non de Olopherne, sed de Turcis apud Lepantum gloriose triumphavit. Et ideo summus Pontifex Gregorius XIII praecipit, ut hac die Rosarii et victoriarum Mariae sollemnitatis simul celebraretur: *dies victoriae hujus festivitatis in numero sanctorum dierum accipitur*. Gloriosam hanc victoriarum Mariae meritis de infidelibus latam universa demirata est terra; hanc et nos admiremur, atque iidem panegyricam concionem instituamus de beatae Mariae Virginis Rosario, quo Maria ad decertandum adversus infideles inclinata perhibetur. Ace.

De Rosario dicturus, adverte, quod Rosarii nomen diversa significet, et quid aequivocum sonet; nam saepe Rosarium pro oratione quodam vocali, aliquando pro mysterio et quandoque pro Confraternitate sumitur. Rosarium revera est oratio quaedam vocalis, oratione dominica, salutatione angelica et oratione ab Ecclesia instituta pluries repetitis constans: est etiam mysterium, praecipua vitae et mortis Christi continens mysteria, quae fideles Rosarium vocaliter recitantes, meditantur: est tandem Confraternitas, quae a Fratrum Praedicatorum patriarcha sancto Dominico instituta creditur, et quae longe commendabilior tunc evasit, cum orantibus per totum terrarum orbem Confraternitatis Rosarii sodalibus, beatissimae Virginis meritis apud Lepantum gloriosam de Turcis victoriam fideles reportarunt. Ex jam dictis videtur, quod beatissimae Virginis Rosarium triplicem habeat respectum: ad Mariam, scilicet, ad Christum et ad S. Dominicum: ad Mariam quia est oratio, qua maxime honoratur; ad Christum, quia est mysterium, quo praecipue et vitae et mortis ejus actiones recoluntur; ad sanctum Dominicum, qui auctoritate Ecclesiae Rosarium in statum et in Confraternitatem instituit, in qua Christum et Mariam fideles specialiter venerantur. Rosarium ergo nunc ut orationem vocalem, ut mysterium et ut Confraternitatem inspicio, ac dico, quod Rosarium 1. est ora-

in caelo patronos habeamus! Ideo o quam sedulo orare et bonis operibus incumbere debemus, cum hi et preces, et omnia bona nostra opera Deo offerant, ut illum nobis propitium reddant, atque apud eum salutis nostrae cansam gerant! *Multum sane conari et satagere debemus ad bona opera facienda, cum tales advocatos habeamus, qui statim ea referant in conspectu Dei et scribant in libro vitae* (D. Bon., ibid.). O homo, quod potest manus tua instanter operare: ne turpi otio indulgeas; operibus vanis et ad salutem nil pertinentibus ne te dedas; omnia opera mala et ipsa quo mali speciem habent, sollicite devita; quidquid boni facere poterit manus tua instanter operare, operibusque bonis sedulo incumbere; et custos angelus tanquam advocatus beneficus, omnia tua bona opera Deo presentabit, ut te in libro vitae scribi curet. Paxit Deus, ut omnes in hoc libro scribi et aeterna beatitudine post mortem donari mereamur. Amen.

## DE B. V. MARIE ROSARIO

## CONCIO UNICA.

*Dies victoriae hujus festivitatis in numero sanctorum dierum accipitur* (Judith. 16).

Maria simul cum Christo filio suo pacis bellicae regina constituitur: pacis utique, quia simul cum illo ad pacem universo generi humano afferendam non parum contulit; belli vero, quia de haereticis, infidelibus, demonibus et omnibus christianis nominis hostibus persaepe triumphavit. Mariam omni tempore, ut pacis reginam colere debent fideles; speciatim vero sancta nos admonet ac jubet Ecclesia, ut illam sive veluti bellorum triumphorumque reginam veneremur. Hodie enim Virgo, sicuti altera Judith, fecit confusionem magnam, non in domo regis Nabucho-

donosor, sed in toto Turcarum imperio: haec est dies sollemnis, in qua a dira servitute praeservavit, non Bathuliae cives, verum sanctae Romanae Ecclesiae filios: hodie tandem Maria precibus sodalium Confraternitatis Rosarii ad misericordiam inclinata, non de Olopherne, sed de Turcis apud Lepantum gloriose triumphavit. Et ideo summus Pontifex Gregorius XIII praecipit, ut hac die Rosarii et victoriarum Mariae sollemnitatis simul celebraretur: *dies victoriae hujus festivitatis in numero sanctorum dierum accipitur*. Gloriosam hanc victoriarum Mariae meritis de infidelibus latam universa demirata est terra; hanc et nos admiremur, atque iidem panegyricam concionem instituamus de beatae Mariae Virginis Rosario, quo Maria ad decertandum adversus infideles inclinata perhibetur. Ace.

De Rosario dicturus, adverte, quod Rosarii nomen diversa significet, et quid aequivocum sonet; nam saepe Rosarium pro oratione quodam vocali, aliquando pro mysterio et quandoque pro Confraternitate sumitur. Rosarium revera est oratio quaedam vocalis, oratione dominica, salutatione angelica et oratione ab Ecclesia instituta pluries repetitis constans: est etiam mysterium, praecipua vitae et mortis Christi continens mysteria, quae fideles Rosarium vocaliter recitantes, meditantur: est tandem Confraternitas, quae a Fratrum Praedicatorum patriarcha sancto Dominico instituta creditur, et quae longe commendabilior tunc evasit, cum orantibus per totum terrarum orbem Confraternitatis Rosarii sodalibus, beatissimae Virginis meritis apud Lepantum gloriosam de Turcis victoriam fideles reportarunt. Ex jam dictis videtur, quod beatissimae Virginis Rosarium triplicem habeat respectum: ad Mariam, scilicet, ad Christum et ad S. Dominicum: ad Mariam quia est oratio, qua maxime honoratur; ad Christum, quia est mysterium, quo praecipue et vitae et mortis ejus actiones recoluntur; ad sanctum Dominicum, qui auctoritate Ecclesiae Rosarium in statum et in Confraternitatem instituit, in qua Christum et Mariam fideles specialiter venerantur. Rosarium ergo nunc ut orationem vocalem, ut mysterium et ut Confraternitatem inspicio, ac dico, quod Rosarium 1. est ora-

tio soepe recitanda; 2. est *mysterium* serio meditandum; 3. est *Confraternitas* sedulo sectanda.

## I PARS.

*Rosarium est oratio soepe recitanda.*

Oportet semper orare et non desicere, omnisque oratio vocalis si debite fiat, nunquam nimis recitari potest. Verum inter omnes orationes, quas ad Deum, vel Sanctos fundere solent fideles, Rosario Virginis nulla videtur sanctior, nulla ad recitandum facillior, ad obtinendum nulla potentior, Deo et Mariæ nulla gloriosior; ac proinde nulla, que in ore nostro debeat esse frequentior. Hoc norunt fideles fere omnes, qui hanc orationem plurimam faciunt, qui Rosaria circumferunt et qui Mariam frequentium eorum recitatione venerari conantur. Jamvero ut ad frequentiore ad huc Rosarii recitationem alliciantur, opere pretium erit, ut partes varias, ex quibus hæc oratio conficitur, nomina diversa quibus vocatur, et virtutes multas, quas operatur, tanquam saltem minerva explicemus et propalemus. Que omnia si aliquantulum perpendantur, unicuique suadebunt, beatissimæ Virginis Rosarium frequentissime recitandum.

1. Ut autem a variis ejus partibus exordiamur, sciendum, quod Rosarium est oratio quedam ex variis orationibus composita, ex oratione scilicet dominica, ex salutatione angelica, et ex oratione ab Ecclesia instituta; que orationes pluries aliquo cum ordine repetitæ, Rosarium integrant. Orationum, quibus Rosarium perficimus, prima pars est oratio dominica, quam vocamus *Pater noster*. Et hanc Rosarii beatissimæ Virginis partem frequentissime recitandam nullus inficiabitur: est enim hæc oratio, quam Christus ore suo protulit primus, quam ipse apostolos docuit, et quam frequenter ab hominibus recitari præcepit, dicens: *sic ergo vos orabit; Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum* (Matth. 6). Sic orandum dicit Salvator, volens, ut sæpissime et quasi semper in ore nostro

hæc oratio versetur. Secunda Rosarii pars est saluatio angelica, qua Mariam salutamus, laudantes eam, 1. quod sit sine omni labe peccati originalis et actualis: *Ave*; 2. quod sit donis celestibus referta: *Gratia plena*; 3. quod Dominus sit cum illa: *Dominus tecum*; 4. quod sit inter mulieres benedicta: *Benedicta tu in mulieribus*; 5. quod benedictus sit ventris sui fructus: *et benedictus fructus ventris tui*. Ecce quomodo salutamus Mariam, non verbis humano ingenio adinventis, verum ab Archangelo Gabriele, vel ab Elisabetha prolatis. Unde quilibet *Ave Maria* recitans, fit quasi alter angelus qui Mariam salutatur. Si autem gratissimum fuit Mariæ, sic a Gabriele semel salutari, quis credat non ei fore gratissimum, cum sic non semel dumtaxat, sed centies quinquagies a Rosarium recitante salutatur? gratissima certe et gloriosissima Virgini Mariæ censenda hæc saluatio; illam ergo crebro sic salutare expedit Rosarium soepe recitando. Tertia Rosarii pars est oratione hæc, quam post Mariæ salutationem recitamus, et qua illam supplices rogamus, ut pro nobis nunc et in hora mortis intercedat: *sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostræ* (1). Maria est advocata potentissima, que salutis nostræ negotia pertractat in celo; hæc advocata nostra tanta potestate pollet, ut asserat sancti Patres, omnia gratiarum dona nos per ipsam obtinere et accipere; propterea sæpissime invocanda et creberrime roganda ut nobis et nunc et in hora mortis subveniat; ac illi sæpe dicendum cum Ecclesia:

(1) Hæc verba, ut omnes norunt, jam a plurima sæcula constitutum recitandam partem Angelicæ salutationis; ideo unicam cum altera parte orationem efficiunt; et quo non satis constat, cur ob auctore scorum spectetur, tanquam tertia oratione Rosarii. Potius hæc tertia oratione est *Gloria Patri*, que in fine cujusque decadis additur, ne in Rosario quid desit ad orationis perfectionem, in qua nunquam omittenda gratiarum actio, juxta illud: *In omnibus gratias agite*. Hæc tamen oratio *Gloria Patri* utram requiratur, ad recitationem Rosarii dubitari posset eo quod de ea nulla mentio fiat in Breviario Romano, in festo B. V. Rosarii, ubi (Lect. I) desinitur quid nomine Rosarii veniat. Cum tamen in autentica Collectione Indulgentiarum, hic



*ora pro nobis peccatoribus nunc et in hora mortis nostrae.* Rosarium ergo est oratio, quae a nobis saepe recitari debet, si consideremus partes varias quibus conficitur; est etiam saepe recitanda, si attendamus diversa nomina quibus appellatur: vocatur enim Rosarium, Psalterium et Corona Virginis, quae omnia nos ad frequentissimum ejus recitationem invitant.

2. Vocatur *Rosarium Virginis*, quia constat multis *Ave Mariae*, quae sunt quasi tot rosae mysticae, quae Mariae in odorem suavitatis offeruntur. Dicitur *Psalterium Virginis*, quia sicut David suum Psalterium composuit ad laudandum Deum et ad gratias ab illo impetrandas, ita et Psalterium, seu Rosarium istud institutum est ad laudandam Deiparam Virginem et ad favores a Deo ejus intercessionem obtinendos. Appellatur *Corona Virginis*, quia quotiescunque recitatur, quasi corona ex rosis contexta capiti Mariae imponitur. Ut igitur Mariae placeamus eamque ad intercedendum pro nobis alliciamus, Rosarium illud et saepe offeramus, hoc Psalterio eam saepe laudemus et saepissime mysticam hanc coronam capiti ejus imponamus.

3. Haec omnia nos certe movere debent ad saepe recitandum beatissimae Virginis Rosarium; tamen illius recitandi majus adhuc nobis extat motivum, nempe virtus ejus ad obtinenda quae a Deo petimus, et innumeri favores quos recipiunt, qui saepe illud ad Mariae laudem recitant. Quis enim narrare queat, quot infirmi per recitationem Rosarii pristinam sint vale-

modis tradatur recitandi Rosarium, ut singula decades concludantur cum Gloria Patri, ideo neque haec praeternitela negligenda a fidelibus qui plures indulgentias illi recitationi concessas optant lucrifacere. Tribus diebus orationibus pia fidelium praesidia addidit laudem illam vulgari idiomate; *Lobato sempre sin*, etc. et etiam *Requiem aeternam*, etc., ne quid in Rosario, quod fidelium breviarium appellatur, desit ad similitudinem cum Breviario Ecclesiasticorum, in quo omnes horae concluduntur cum *Requiem aeternam*, excepto completorio, quod finalem requiem commemorat, quae nullo amplius erit Purgatorium, et ideo nil pro animabus in eo patientibus supererit orandum.

N. E.

itudinem consecuti? quot homines a dira servitute sint liberati? quot ab hostium insidiis preservati? quot in evidentissimo naufragii periculo versantes ad portum feliciter adducti? Enarrant, qui possunt, qui typis mandata sanctissimi Rosarii miracula pervolvunt, quot illius virtute daemones e corporibus hominum sint fugati? quot mulieres ad partum feliciter et miraculose pervenerint? quot impii, haeretici et infideles ad Deum noscantur conversi? Dicant tandem, si libeat, omnes illustrationes internas, varios gratiarum coelestium motus, necnon auxilia omnia, tam temporalia, quam spiritalia, quae Rosarium recitantibus fuere concessa? Certe Rosarium est quasi scala Jacob, per quam ad caelum mente conscendunt, qui illud recitant, et per quam ad nos tot et tanti descendunt favores, ut nunquam concipi, nec satis explanari possent. Propterea cum tanta sit Rosarii virtus, tantique favores, quos per illius recitationem obtinemus, non est qui illud quam frequentissima recitandum non fateatur. Frequenter quidem, simulque devote semper recitandum. Quid enim proderit Christiano, quod Rosarium circumferat, digitis percurrat et ore dicat, si illud devote nequaquam recitet? Quid ei proderit, quod Rosarium in brachio, vel in perula gestet, si luxuria, avaritiae, vel vindictae spiritum gerat in corde? Quid proderit, quod illud digitis volvat, si sanguine mannis ejus replentur? Quid proderit, quod ore illud recitet, si tunc mens alia recogitet et cor ad illicita anhelet? Certe ad nihilum proderit: ideo in Rosarii recitatione concordent cor et lingua: atque ita Mariam honorate per frequentem et per devotam ejus recitationem. Est ergo Rosarium oratio frequenter recitanda: *est etiam mysterium serio meditandum.*

II PAIRS.

*Rosarium est mysterium serio meditandum.*

In beatissime Virginis Mariae Rosario materia, ex qua coalescit, seu orationes vocales quibus recitatur, solummodo

agnoscunt plerique fidelium; præter hæc autem quæ materialia et quasi accidentalia habentur, aliud in Rosario est, quod plures auctores *essentiale* vocant, nempe quod sit mysterium, vel potius, quod sit meditatio mysteriorum Christi Dei et hominis: quia simul atque quis Rosarium ore recitat, vitæ et mortis Christi mysteria mente revolvare et serio meditari debet, ita ut dum quindécim Rosarii decadem preces ore profert, itidem præcipua illa quindécim vitæ et mortis Christi mysteria meditatur; quorum quinque prima *gaudii*, quinque alia *doloris*, et quinque ultima *gloriæ* mysteria vocantur. *Prima* horum mysteriorum sunt Christi incarnatio, natiuitas, circumcisio, regum adoratio et presentatio in Templo; *secunda* sunt mysteria passionum et mortis ejus: *tertia* sunt mysteria resurrectionis, variarum apparitionum, et ascensionis ejus (1). Hæc mysteria ita serio a recitantibus Rosarium sunt meditanda, ut dum quis verba quibus Rosarium constat, ore pronat, præfata mysteria per ordinem mente revolvat. O frater, cum Rosarium recitas, mens tna temporalibus negotiis, vanis et malis rebus ne maneant inuenta; mente primo te conferas Nazaret, ubi, angelo nunciante, magnum incarnationis mysterium executioni mandatur. A Nazareth transeas usque Bethlehem simul cum pastoribus, ibique Christum recens natum, jacentem in præsepio contemplare. Ejus circumcisioni adesto deinde cum nutritio Joseph, ibique meditare, quam prompte pro tui salute puer Jesus gratia pati dignetur. Cum regibus Magis postea adora puerum Regem; et mox illum cum pijs parentibus porta et offer in Templo. Serio meditatis his *gaudii* mysteriis, ad mysteria do-

(1) Ab auctoribus vero ad nostram hæc statim aliqua mutatio induci videtur in Rosarii mysteriis; in his enim, præter hodie recensentur, omittitur Magorum adoratio, quam auctor emittent inter *gaudii* mysteria; item omittuntur variae Christi apparitiones alias recensite inter mysteria *gloriæ*; et adduntur duo mysteria vitæ B. Virginis, quæ relictur in auctoris enumeratione mysteriorum Rosarii; primo ejus mortem et assumptionem in cælum; dein ejus glorificationem super universas creaturas, quæ cæli terræque ambitu continentur.

*loris* te convertite: eorum quolibet suo ordine meditare, et dum Christum, nunc captum, nunc flagellatum et nunc cruci affixum mens considerabit, una cum Joanne et Matre ejus, ei computere. A doloribus et morte ejus ad mysteria *gloriæ* contemplanda te mente transferas, et nunc contemplare Christum a mortuis propria virtute resurgentem, nunc quærere illum solícite cum Magdalena, donec eum merearis invenire; jam pia quadam curiositate palpando tracta singula vulnera Salvatoris propter te sic perempti, et jam ita eum in cælos ascendentem admirare, quasi inter discipulos in monte Oliveti existas. Sic, sic recitare oportet Rosarium, ut recitatio ejus pia, Mariæ gloriosa et recitanti utilis efficiatur. Omnibus fere Christi mysteriis angelum aliquem presentem adfuisse sacra testatur Scriptura. Etenim incarnationis mysterium Mariæ annunciandum, de cælo descendit Gabriel, qui Mariam salutavit, et qui hoc ei mysterium annunciat, dicens: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei* (Luc. 1). Cum de natiuitate Christi admoneret pastores, dixit illis angelus:  *Nolite timere. Ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator* (Luc. 2). Cum Christus a Judæa in Ægyptum ex Dei ordinatione transferendus est, ecce angelus apparuit in somnis Joseph, dicens:  *surge et accipe puerum et mater ejus, et fuge in Ægyptum* (Matt. 2). Cum Christus in horto gravissima premitur tristitia, apparuit illi angelus de cælo, confortans eum (Luc. 22). Cum Christus in cruce acerbissime mortis dolores patitur, angeli suo modo flentes, adsunt, juxta vaticinium Isaia dicentis:  *angeli pacis amare stebunt* (35). Cum de Christi resurrectione pia adessent mulieres, unus ex angelis dixit eis:  *Jesum qui crucifixus est, queritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit* (Matt. 28). Omnibus tantum fere Christi mysteriis presentes adlitere cælestes quidam spiritus, et ut ait Tertullianus,  *nusquam sine angelis Christus*. Cælestibus autem illis intelligentiis similes fieri oportet qui Rosarium persolvunt: simul cum iis Christum in omnibus ejus



mysteriis mente comitentur; et modo gaudeant cum pastoribus, modo cum regibus Christum adorent; cum ipso se deinde in Templo offerant; illum traditum, venditum, flagellatum et crucifixum postmodum contemplantur; ac tandem omnia ejus mysteria, quæ gloriosa vocamus, meditantes, in eorum cordibus sacri amoris ignis erga Christum et Matrem exardescat. Ad perfectum Dei amorem omnes hominis potentie concurrere debant: non enim verbo solum et lingua diligi debet, verum et toto corde, ac tota mente; *diliges Dominum Deum tuum ex omni corde tuo, ex omni mente tua et ex omnibus viribus tuis*. Sicut autem ad Deum amandum, ita et ad Mariam colendam totus homo occupari debet; manus scilicet in percurrendo vario Rosarii globulo; lingua, in recitando ad singulos globulos unum *Pater*, vel unum *Ave Maria*, et mens in meditando Christi Salvatoris mysteria. Itaque, o frater, quotiescumque Rosario recitando te accingis, dic Christo: in mysteriis tuis meditandis exarcebor; et deinde dum Rosarii varias orationes ore profers, Christi mysteria serio meditare et mente revolve. Nec dicas difficilem et laboriosum esse hunc recitandi Rosarii modum; nam nihil dulcius, nilque amabilius, quam Christi mysteria meditari, quoniam in his meditationibus ubique invenitur Christus, cujus conversatio non amaritudinem, imo summam parit lætitiā: *non habet amaritudinem conversatio ejus, nec tedium concitatus ipsius* (Sap. 6). Ergo cum Rosarii preces persolveris, mysteriorum vite et mortis Christi meditationi cor tuum intendat, iis meditandis mens tua totaliter adhaereat. Cavo ne similis efficitur perversis illis hominibus, qui dum orant, de fraudibus et dolis cogitant: *dolos toto die meditantur* (Psal. 37): ne imiteris hos pacis perturbatores, qui dum ore Deum alloquuntur, de discordiis disseminandis deliberant: *qui meditatur discordias* (Prov. 24): neque te habeas sicut avari illi homines, qui dum ore preces ad Deum fundunt, de alienis rapiendis pensant: *rapinas meditatur mens eorum*. Summpere cave ne talia meditetur cor tuum; verum dum beatissime Virginis Rosarium ore recitas, Christi Domini mysteria serio meditare. Rosarium præterea, quod est myste-

rium serio meditandum, est etiam *Confraternitas sedulo sectanda et amplectenda*.

### III PARS.

*Rosarium est Confraternitas sedulo sectanda.*

Maria omnibus eam debite invocantibus præsto adest, nec quisquam in spiritualibus necessitatibus suis eam devote invocet, qui ejus non experietur auxilium: *sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in suis necessitatibus, sibi meminere defuisse* (S. Bern. ser. 4 de *Assumpt.*). Con probe agnoscens sancta Romana Ecclesia, omnibus quibus potest modis ipsi placere, ejusque benevolentiam captare studet; et ideo varia ad ejus honorem festa instituit; ideo singulis anni diebus ejus laudes publice decantari jubet; ideo tot indulgentias populis eam colentibus largitur; et ideo tot varios Ordines, totque Confraternitates ad ejus honorem institutas approbat, et præcipue Arciconfraternitatem Rosarii, quam plurimi sectantur fideles, et quam sectari debent omnes, utpote quæ 1. Mariæ maxime gloriosa; 2. Ecclesie hostibus valde terribilis; 3. ipsis sodalibus summpere utilis.

1. Licet Mariam venerandi modos multos adinvenerint christiani, a nullis tamen magis honorari videtur, quam a sanctissimi Rosarii sodalibus; tum quia sua multitudine potentissimum sacrum agmen constituunt: tum quia hi omnes statum et corpus unum efficiunt, quod ad hoc solum existit, vivit, operatur et in æternum operatur, ut Mariam laudet, glorificet et honorari curet. Unde si de primis Ecclesie Romanæ christianis dicat Tertullianus, quod præcibus, quas simul congregati fundebant, Deum plurimum honorarent, eique gratam vim facerent, quæ ad petita eis concedenda quasi cogebatur: *hæc vis Deo grata est* (in *Apol.*); de Confraternitatis Rosarii sodalibus similiter dicendum, quod Mariam maxime glorificent, eique præcibus suis gratam vim inferant, ut eam ad misericor-



diam flectant. Sectanda ergo et amplectenda hæc Confraternitas, tamquam Mariæ gloriosa, *ut etiam quia Ecclesia et salutis nostræ hostibus maxime terribilis.*

2. Hujus Confraternitatis sodales habendi ut fortissimi Ecclesie custodes, qui eam precibus suis tænentur: *super muros tuos Jerusalem constitui custodes* (Isa. 22). Hi similes sunt Moysi, quia dum alii armis simul cum Josue pugnanti, ipsi manus et corda ad Deum cum Moysæ extollunt. Hi etiam imitantur David, qui non ense, *at gratia divinitatis armatus* (Ambr. ser. 88) adversus Goliath inessit; hi namque non gladiis materialibus, sed spiritualibus armati adversus dæmones, hæreticos, omnesque Ecclesie hostes pugnaturi incedunt, iisque fiunt terribiles. Videte innumeros hujus Confraternitatis sodales Rosarii et precibus armatos, quomodo adversus centum mille hæreticos Albigenens sub ducebus eorum regē Arragoniæ et comite Tolosano omnia devastantes, incedant. Nil enim adversus tot, tamque formidandos hostes poterat comes Montfortius, cujus exercitus ex quingentis solum supra mille militibus constabat; jamvero dum ipse, quasi alter Jonathas, cum paucis militibus tam formidandum aggreditur exercitum, orant Confraternitatis Rosarii sodales, et hic per Mariæ auxilium Albigenens debellat, eorumque exercitum penitus destruit. Quid vero de triumpho de Turcis apud Lepantum reportato? Nonne debetur Rosarii sodalibus, qui in toto terrarum orbe ad caelorum Reginam preces suas mittentes, ejus intercessione a Deo insignem illam obtinuerunt victoriam, quæ in æternum hanc Confraternitatem commendabit? Certe hanc eorum precibus partam fatentur summi Pontifices, qui ob tantam victoriam maxima hujus sodalitiū fratribus beneficia concesserunt. Quis ergo non amet? Quis non estimet? Quis huic hostibus Ecclesie terribili Confraternitati adscribi non appetat? Eique adscribi quisque etiam debet *propter maxima emolumenta, quæ hujus Confraternitatis sodales percipiunt.*

3. Quis indulgentias is a summis Pontificibus concessas enumeret? Taceo plenariam quam lucrantur omnes fideles ipsa die, qua huic Confraternitati sua dant nomina, modo sua debite pec-

cata confiteantur, et sanctissimo Eucharistiæ Sacramento rediciantur. Taceo indulgentias alias quas lucrantur, quoties Rosarium recitant et quoties altare quoddam ad Mariæ honorem consecratum visitant. Præter has et alias multas indulgentias, videtur, quod duodecies quolibet anno indulgentiarum thesauri in hac Confraternitate plenius apertantur; singulis enim mensibus congregantur sodales, processiones instituunt ad sacram Sinaxim accedunt et indulgentias magnas lucrantur. Unde hæc Confraternitas merito conferri potest cum arbore, de qua in Apocalypsi fit mentio; quæ cum torrente, idest favoribus Mariæ sit irrigata, quolibet mense fructum pretiosum a sodalibus carpendum edit et producit: *ex utraque parte fluminis liquum vita, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum* (Apoc. 5). O quam magna recensetur spiritualia emolumenta, quæ christiani huic sodalitiū inscripti quotidie percipiunt! quæ quidem omnes fideles ad tam piam sodalitatem sectandam movere deberent. Aliud insuper commemorabo emolumentum, quod percipiunt Confraternitatis Rosarii sodales; nempe quod omnes mortificationes, preces omnes, omniaque bona opera, quæ in sancto fratrum prædicatorum Ordine fiunt, speciali quodam modo ii participant. Unde dum hujus Confraternitatis sodales temporalibus negotiis vacant, imò dum dormiunt, orationum, sacrificiorum, ac omnium penitus bonorum operum, quæ in hoc Ordine fiunt, fructum participant. O magnam gratiam! o consolationem non satis optandam! Quæ adhuc longe major percipitur, istante morte; tunc enim dum alicui ex sodalibus militandum occurrit adversus potestates tenebrarum, auxiliares adsunt omnes hujus Confraternitatis sodales; auxiliares quoque omnes fratres prædicatores qui pro quolibet confratre agonem patiente, Deum et Mariam enixe orant, ut illi peccatorum venia concedatur, eique cælum aperiantur. O magnos favores! quos si serio ponderarent fideles, nullus fere inveniretur, qui huic sodalitiū adscribi non peroptaret. Attamen non sufficit, quod quis summo huic Confraternitati deus nomen, si quæ ad eam spectant non adimpleat; non sufficit, quod quis sodalis sit nomine, si sodalis non sit operibus

hujus Confraternitatis propriis; quis enim credat christianum, in hoc sodalio receptum, hujus sodalitii beneficia percipere, nisi de illius sacri instituti munia persolvat? quis arbitretur sodalem hunc, qui pertinaciter sedi iniquitatis adhaeret, nec a peccato surgere vult, tot et tantorum bonorum participem fieri? quis censeat hunc detractorem, qui proximi famam dilacerare non cessat; hunc usurarium qui fraudulenter acquisita nusquam restituit; et hunc impudicum qui in volutabro voluptatum suarum quiescere semper vult, indulgentias, aliaque spiritualia hujus Confraternitatis bona recipere? Hoc certe nunquam sibi suadebit qui hac de re recte judicabit. Ut enim quis tot et tantorum beneficiorum dignus fiat, opera hujus Confraternitatis adimplere debet; quorum praecipuum est, peccata, quantum fas erit, vitare, aut saltem ea vitandi firmum propositum habere. Ne ergo de sodalium Confraternitatis Rosarii nomine tantum gloriemini; si Confraternitatis illius sodales nomine, estote et opere. Ne dicatis: sodalis sum hujus Confraternitatis, in qua tot habentur indulgentiae, tot sunt praeces, totque bona opera eduntur; pios sodales imitami; simul cum illis peccata et peccatorum occasiones fugite; simul cum illis praeces crebro ad Deum fundite; simul cum illis bonis operibus incumbite, et omnia quae hujus Confraternitatis sunt, perficite, ut bona spiritualia in hoc saeculo et caelestia in alio obtineatis. Amen.

eum continuis corpus suum mortificationibus afflixerit, castigaverit et in servitum redeggerit: ast in eo Christi Salvatoris spiritus mirum in modum requievit; eodemque quo Christus ille fuit spiritu accensus et exornatus: *requiescet super eum spiritus Domini*. Neminem nobilissimum, quod omnibus pro Francisco loquentibus amplissima, nobilissima et nimia laudis ultra sese offerat materis, quodque nunquam satis laudari possit, qui tanta inest materia laudis. Unde in eo laudando deficient multi et omnes aliqua solum ex iis, quae in illo habentur laudanda attingunt. Laudant eum aliquid a portentosis et plurimis suis miraculis, ab ardentissimo spiritu fervore quo succendebatur et a sancto salutis animarum zelo, quo exarsit: laudant illum alii a pereximiis illis virtutibus, quarum odorem totum terrarum orbem replevit, a florentissimo fratrum minorum ordine, quem instituit et a supernaturalibus donis, quibus a Deo insignitus constat; alii eum satis laudasse credunt, cum illum in humilitate, in voluntaria paupertate, in discipulorum numero, in sacris Stigmatibus et in nonnullis aliis Christo admodum similem et conformem manifestant. Ego vero ad sancti Patris Francisci laudem dicam solummodo, quod super eum spiritus Domini requieverit, quodque ipse eodem, quo Christus, spiritu repletus fuerit. Aze.

Christus Dominus, vivens in hoc mundo, terrena despexit, homines dilexit et seipsum odio habuit. Ipse terrena despexit; licet enim esset Dominus omnium et terrena omnia sui juris essent; ea tamen ita abiecit et contempsit, ut ne quidem habere voluerit, ubi caput suum reclinare; *Filius hominis non habet, ut caput reclinet* (Luc. 9). Ipse etiam homines dilexit; propter eorum enim salutem descendit de caelis, in Virginis utero pro ipsis incarnari voluit et a primo usque ad ultimum vitae suae terminum eos amare non destitit: *in finem dilexit eos* (Joan. 13). Ipse tandem seipsum odio habuit; corpori enim suo bellum indixit, continuis jejuniis illud afflixit, illudque a juventute, laboribus et mortificationibus multis attrivit: *in laboribus a juventute mea* (Psalm. 87). Ex praefatis facile conjiici potest, quis et qualis fuerit Christi spiritus; etenim ha-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA  
DE SANCTO FRANCISCO ASSISIATE  
DIRECCION GENERAL DE

## CONCIO I.

*Requiescet super eum spiritus Domini* (Isaia 11).

In Seraphico Francisco non requievit spiritus mundi, cum quicquid amat, aestimat mundus, ille exhorruerit, calcaverit et pro nihilo habuerit; in eo etiam carnis non requievit spiritus,



hujus Confraternitatis propriis; quis enim credat christianum, in hoc sodalio receptum, hujus sodalium beneficia percipere, nisi de illius sacri instituti munia persolvat? quis arbitretur sodalem hunc, qui pertinaciter sedi iniquitatis adhaeret, nec a peccato surgere vult, tot et tantorum bonorum participem fieri? quis censeat hunc detractorem, qui proximi famam dilacerare non cessat; hunc usurarium qui fraudulenter acquisita nusquam restituit; et hunc impudicum qui in volutabro voluptatum suarum quiescere semper vult, indulgentias, aliaque spiritualia hujus Confraternitatis bona recipere? Hoc certe nunquam sibi suadebit qui hac de re recte judicabit. Ut enim quis tot et tantorum beneficiorum dignus fiat, opera hujus Confraternitatis adimplere debet; quorum praecipuum est, peccata, quantum fas erit, vitare, aut saltem ea vitandi firmum propositum habere. Ne ergo de sodalium Confraternitatis Rosarii nomine tantum gloriemini; si Confraternitatis illius sodales nomine, estote et opere. Ne dicatis: sodalis sum hujus Confraternitatis, in qua tot habentur indulgentiae, tot sunt praeces, totque bona opera eduntur; pios sodales imitami; simul cum illis peccata et peccatorum occasiones fugite; simul cum illis praeces crebro ad Deum fundite; simul cum illis bonis operibus incumbite, et omnia quae hujus Confraternitatis sunt, perfoctis, ut bona spiritualia in hoc saeculo et caelestia in alio obtineatis. Amen.

eum continuis corpus suum mortificationibus afflixerit, castigaverit et in servitum redeggerit: ast in eo Christi Salvatoris spiritus mirum in modum requievit; eodemque quo Christus ille fuit spiritu accensus et exornatus: *requiescet super eum spiritus Domini*. Neminem nobilissimum, quod omnibus pro Francisco loquentibus amplissima, nobilissima et nimia laudis ultra sese offerat materis, quodque nunquam satis laudari possit, qui tanta inest materia laudis. Unde in eo laudando deficient multi et omnes aliqua solum ex iis, quae in illo habentur laudanda attingunt. Laudant eum aliquid a portentosis et plurimis suis miraculis, ab ardentissimo spiritu fervore quo succendebatur et a sancto salutis animarum zelo, quo exarsit: laudant illum alii a pereximiis illis virtutibus, quarum odorem totum terrarum orbem replevit, a florentissimo fratrum minorum ordine, quem instituit et a supernaturalibus donis, quibus a Deo insignitus constat; alii eum satis laudasse credunt, cum illum in humilitate, in voluntaria paupertate, in discipulorum numero, in sacris Stigmatibus et in nonnullis aliis Christo admodum similem et conformem manifestant. Ego vero ad sancti Patris Francisci laudem dicam solummodo, quod super eum spiritus Domini requieverit, quodque ipse eodem, quo Christus, spiritu repletus fuerit. Aee.

Christus Dominus, vivens in hoc mundo, terrena despexit, homines dilexit et seipsum odio habuit. Ipse terrena despexit; licet enim esset Dominus omnium et terrena omnia sui juris essent; ea tamen ita abiecit et contempsit, ut ne quidem habere voluerit, ubi caput suum reclinaret: *Filius hominis non habet, ut caput reclinet* (Luc. 9). Ipse etiam homines dilexit; propter eorum enim salutem descendit de caelis, in Virginis utero pro ipsis incarnari voluit et a primo usque ad ultimum vitae suae terminum eos amare non destitit: *in finem dilexit eos* (Joan. 13). Ipse tandem seipsum odio habuit; corpori enim suo bellum indixit, continuis jejuniis illud afflixit, illudque a juventute, laboribus et mortificationibus multis attrivit: *in laboribus a juventute mea* (Psalm. 87). Ex praefatis facile conjiici potest, quis et qualis fuerit Christi spiritus; etenim ha-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DE SANCTO FRANCISCO ASSISIATE

DIRECCION GENERAL DE

CONCIO I.

*Requiescet super eum spiritus Domini* (Isaia 11).

In Seraphico Francisco non requievit spiritus mundi, cum quicquid amat, aestimat mundus, ille exhorruerit, calcaverit et pro nihilo habuerit; in eo etiam carnis non requievit spiritus,



buit spiritum contemptus, amoris et odii; habuit *spiritum contemptus* respectu mundi, cuius bona despexit; *spiritum amoris* respectu hominum, quos ardentem dilexit; *spiritum odii* respectu corporis sui, cui sanetum et spirituale bellum indixit. Ecce spiritum Christi Salvatoris; et ecce etiam spiritum sancti Francisci; ipse namque habuit spiritum contemptus, amoris et odii. Habuit 1. *spiritum contemptus* honorum hujus mundi; 2. *spiritum amoris* erga homines; 3. *spiritum odii* in seipsum. Ea tres hujus concionis partes, quibus constabit, quod super Franciscum spiritus Christi requieverit: *requiescet super eum spiritus Domini.*

## I PARS.

*Sanctus Franciscus habuit spiritum contemptus bonorum hujus mundi.*

Christus Dominus, qui spiritum contemptus omnium bonorum hujus mundi, discipulos suos eodem vivificari spiritu maxime peroptavit, et ideo ad hunc terrenorum contemptum eos pluries hortatus est, iis omnem ad terrena affectum prohibuit, usque declaravit nullum posse in discipulum ejus admitti, nisi prius terrenis omnibus abrenunciaverit: *omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus* (Luc. 14, 33). Quod autem Christus apostolis dixit, hoc sibi dictum censuit Franciscus; ideo coram Assisiate episcopo paternis cessit bonis, ipsisque se spoliandi vestibus, eas patri tradidit, ac postmodum alegatis terrenis omnibus nil proprium in hoc mundo unquam habere voluit. Christo in nomine omnium apostolorum dixit, aliquando sanctus Petrus: *ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Non aliqua dumtaxat reliquit apostolorum princeps, omnia penitus, que habebat et qua in hoc mundo habere poterat, imo et affectum omnem ad terrena, seu desideria habendi reliquit (S. Greg. ho. 5 in Ev.).

Hanc Petri expropriationem admiratur Doctor mellifluus et sanctum apostolum maxime laudat ex hoc, quod terrena omnia reliquerit et despererit. O Petre, inquit, sapientissimus inter homines fuisti et maxima exiitit tua hec sapientia, qua omnia mundi bona abdicasti, quoniam longe sapientiores consendi qui labilia hujus mundi bona relinquunt, quam qui ab iis relinquuntur: *bene, optime et non ad insipientiam tibi; nam et mundus transit et concupiscentia ejus et relinquere hec magis expedit, quam relinquere* (ho. in hac verb. *Ecce nos etc.*). O quam sapiens Petrus qui, ut Christum imitaretur terrena omnia re et affectu abdicavit! o quam sapiens etiam Franciscus, qui sancto Christi spiritu concitatus, cuncta, que habebat et habere poterat, penitus alegavit, ac terrena omnia pro Dei amore despexit et pro nihilo habuit! Mox ut vir sanctus gustavit, quam suavis est Dominus, omnem fastidivit creaturam; mox ut agnovit, quanta divitiarum celestium esset magnitudo, aurum inspexit tamquam lutum, ab omni pecunia tamquam a veneno abhorruit, nec unquam in hoc mundo vel minimum quodque turgurium habere voluit, quod sui juris esset, Franciscus non fuit homo de terra terrenus, verum fuit homo de celo celestis, qui supra terrena omnia elevatus, mente sursum ad Deum semper ferebatur. In corde ejus nec minimum ad temporalia affectus, imo ad celestia semper aspirans, omnia mundi bona tamquam vile lutum aestimabat, ac homine cristiano indignum censebat, quod terrena diligeret et magni faceret. Sanctus Franciscus, similis exiitit primævis quibusdam christianis, de quibus ait Tertullianus, quod ita terrena dispicerent, ut quasi exhaeredes se in hoc mundo inspicerent: *christiani exhaeredes*. Franciscus enim tamquam exhaeres et tamquam nihil habens hic in terris vivebat, quia terrena omnia, tamquam non sua inspiciebat et tamquam quid vile despiciebat, ut ad caeli bona, ad æternam hæreditatem comparandam totis conatibus laboraret. Omnium hujus mundi bonorum naturam paucissimis verbis perfectissime delineat sanctus Gregorius, dicens: *quid sunt terrena omnia, nisi quedam corporis indumenta?* Quomodo dici potest, omnia hec bona que reges, prin-

cipes et imperatores in hoc mundo possident, nil aliud esse, quam villa quedam corporis indumenta? Quis credat, prædia, castella, palatia, urbes et regna esse corporis indumenta? hæc recte dicuntur quasi quedam corporis indumenta, quia illa non secus ac indumenta relinquimus. Cum quis mane surgens e lecto suis se vestibus induit, ita eas sumit, ut ipse eadem die, cum lecto decumbere volet, eas sit depositurus; sic vestimenta sumit non ut semper ea portet, verum ut ea brevi relinquat. Et hæc sensu omnia mundi hujus bona dicuntur quasi indumenta, quia scilicet ea ita possidemus, ut citissime ea relicturi simus. Habes palatium? Illud brevi relicturus es. Habes agrum, villam, amplam suppellectilem et pecuniarum thesauros? Illa cito relicturus es. Esto possideas quidquid terrenorum bonorum a mundi primordio habuerunt homines; illa citissime dilabentur, *transeunt omnia et tu cum iis pariter (de imit. Chr. 2, 1)*. Quare cum labilia sint mundi bona, non amanda, nec æstimanda, imo despicienda sunt: *transeunt omnia, et sicut fumus transeunt; cæ qui amant talia* (S. August. tract. 7 in Joan.). Ea sane nec amavit, nec æstimavit Seraphicus Franciscus; cuncta ut vana, transitoria et futilia contempsit, reliquit, penitus abdicavit. Gustaverat vir sanctus, quam bonus et suavis est Dominus: in oratione noverat, magna, ineffabilia, incomprehensibilia et æterna esse cæli bona; probe etiam noverat, quam exilia, quam contemptibilia et transitoria quæcumque bona mundus possidet, ideo ad cælestia anhelans bona, terrena omnia velut vilia corporis indumenta insepexit, eaque omnia, tamquam bona citissime evanescentia, despexit, ablegavit et pro nihilo habuit. Fictili hirundinum nido totum hunc mundum egregie comparat D. Chrysostomus, dicens: *nidus est præsens vita, ex festucis et luto coagmentatus* (hom. 50 ad pop.). Scio, inquit aureus ille Doctor, quod non deerunt qui dicant, superba multa in mundo conspici palatia, tamen omnia veint viles hirundinum nidos æstimo, eaque illis penitus similia censeo. *Licet mihi magnas cædes ostendas, sive regias ipsas auro multo fulgentes et gemmis, nil ab hirundinum nido differre censeo*. Sciscitatur quis, cur terrena omnia vilibus

hirundinum nidulis similia esse contendat Chrysostomus? præclare respondet os illud aureum, terrena omnia hirundinum nidis censi similia, quia sicut, adveniente hieme, hirundines relinquunt nidos suos, qui non multo post tempore corrunt, ita etiam, adveniente morte, homines quique omnia relinquunt et omnia quoad eos corrunt: *hieme siquidem instante, omnia corrunt*. Hirundines, adventante vere, magno affectu, magnaque cura et solitudine festucas et lutum colligunt, ut suos conciliant nidos; a spectantibus videntur tunc passim euntes et redeuntes, ingentique cum labore nunc festucam, nunc lutum, nunc aquam deferentes, ut nidos suos ædificent; tantaque arte et cura eos construunt, quanta si semper in iis remanere deberent; atvero vix ad finem vertitur ætas, cum et discedunt hirundines et nidi corrunt. Idem sane censendum de regum palatiis et de omnibus mundi hujus bonis, quæ omnia hirundinum nidulis similia videntur. Multi etenim superbas domos ædificari curant, ac bona plurima coacervare satagunt; adveniente vero hiemis, seu mortis tempore, ea omnia, veluti ficiles avium nidos relinquunt. His omnibus sapientior Franciscus, quia terrena omnia, tamquam hirundinum nidulos, ac veluti ficilia, fragilia, fugacia, nulliusque momenti bona insepexit, despexit et pro nihilo habuit. Igitur sanctus Franciscus habuit spiritum contemptus bonorum hujus mundi: *habuit etiam spiritum amoris erga homines*.

## II PARS.

Sanctus Franciscus habuit spiritum amoris  
erga homines.

Christus Dominus, qui omnes homines summo prosequabatur amore, eodem fraternæ charitatis spiritu suorum corda discipulorum accendi concepit. Amore hominum ardebat ille et eodem amore discipulos suos inflammari desideravit, voluitque, ut speciale signum, quo sui dignoscerentur discipuli, esset



mutua illa charitas et ardens cujusque in proximum amor: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. 13). Ex quo infert Chrysostomus, quod proximi dilectio sit ratio potissima et fortius argumentum, quod quis adducere possit, ut se Christi discipulum ostendat: *amor proximi discipulorum argumentum* (hom. 76). Hoc autem argumento facile probari posset, Franciscum verè Christi exiisse discipulum. Revera sicut Christus, ita et ille hominum amore mirandum in modum exarsit, nec unquam ab illorum amore cessavit. Dei et proximi amore indesinenter ardebat Seraphicus Franciscus: Dei quidem, quem tota mente, toto corde, tota anima, totisque viribus diligebat, nilque ei magis grave, magis durum, magisque videbatur importabile, quam quod Deus a creaturis suis non diligeretur et ideo suspirans et gemens saepe clamabat: *amor non amatur*. Proximi etiam amore exardescere Seraphici patris cor; probe enim sciebat vir sanctus, se non posse Deum perfecte amare, quin et proximum diligeret; ideo non Deum solum amavit, etiam propter Deum dilexit pauperes, dilexit infirmos, dilexit et omnes penitus homines, quorum omnium amore flagravit. Pauperes, in quibus Christum intuebatur, dilexit Franciscus, sciensque, quod non bene Christum amat, qui pauperes minime amat, a conversionis suae principio ita largas obviis quibusque pauperibus elemosynas erogavit, ut veluti prodigus a patre exhaerelari contigerit. Ac deinde pauperum statum ambiens et assumens cum aliis pauperibus convivere coecepit, iis studiose inservivit, quidquid habere potuit, illis largiebatur, illos nonnunquam ex charitatis affectu osculabatur et amplexabatur; ipso etiam pallio non semel se exuit, ut illos operiret, nilque non fecit, ut summi erga illos amorem testaretur. Unde de Francisco paupere dici potest, quod aliorum pauperum frater, servus, amicus ac etiam quasi pater fuerit: *pater eram pauperum* (Job. 29). Infirmos non minus, quam pauperes amavit Franciscus; illos frequens invisabat, illorum xenodochia ex charitatis motivo saepe lustrabat, illos consolabatur, dolores illorum suavissimis leniebat verbis, ad patienter ferendas infirmitates illos hortabatur, sequi in

illos ita beneficium exhibebat, ut illorum ulcera lingua lambere, ac humiliora quævis perfectioris charitatis officia iis præstare crebro visus sit. Neque in pauperibus et infirmis tantum hærebat Francisci charitas, ad omnes penitus homines se extendebat; et sicut D. Paulus omnibus se debitorem arbitrabatur, dicens: *Grecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum* (Rom. 1), ita Franciscus fidelibus et infidelibus, divitibus et egenis, justis et peccatoribus, ac omnibus penitus hominibus se charitatis debitorem censebat. Equidem omnes, nullo excepto, diligebat, omnium amore ardebat et pro omnibus anathema fieri cupiebat. Haud imitabatur Franciscus hujusmodi homines, quorum corda ita angustiantur et coarctantur ut parentes, filios et alios nonnullos solummodo diligant, alios vero aut odio habeant, aut non ament. Cor etenim Francisci ita latum et dilatatum erat, ut omnes omnino homines complecteretur: *cor nostrum dilatatum est* (2 Cor. 6). Amabat divites et pauperes, sanos et infirmos, christianos et judæos, fideles et barbaros, peccatores et justos; nec erat, qui se absconderet a calore amoris ejus. Quin tanta cordis ejus erat latitudo, ut omnes penitus homines caperet, omnes amaret, summe erga omnes amorem operibus et charitatis officis exhiberet. Amor, si verus sit, otium nescit et in corde otiosus non remanet; a corde ad manum progreditur: sicut fides operibus patet: *ostendam tibi ex operibus fidem meam* (Jacob. 2), ita et amor quo quis proximum prosequitur, operibus probatur. Nec amor verus ostenditur, si ad opera non transeat et si pro amato non operetur: quoniam *amor operatur magna, si est; quod si operari renuit, amor non est* (S. Greg. ho. 50 in Evang.). Propterea hortatus nos sanctus Joannes Evangelista, ut proximum non lingua tantum, ac opere etiam diligamus: *non diligamus verbo, neque lingua; sed opere et veritate* (1 Jo. 3, 18). Sanctus autem Franciscus corde quidem et verbo proximum dilexit; verum amor ejus innumeris potissimum se prodidit operibus et charitatis officis, quæ toti terrarum orbi per se, aut per filios præstitit. Omnes sane homines dilexit corde; ut enim ait Doctor Seraphicus, Francisci cor omnium hominum



amore ardebat: *Franciscus feroidum habebat zelum ad salutem omnium salvandorum*. Eos quidem dilexit verbo, cum ab ejus et discipulorum ore, sonus predicationis in totum fere terrarum orbem exiverit: eos quoque dilexit opere, cum vir ille Seraphicus amoris sacri ignem in terram mittere venerit, sacrumque hunc ignem per se et per filios ineffabilibus charitatis officiis per totum terrarum orbem sparserit. Lustrate Europam, Asiam, Africam et Americam, mente revolvit plurimos qui quatuor his terre partibus habitant, populos: et invenientis, ad illos omnes se diffudisse amorem Francisci, qui per se, vel per filios, omnibus terre habitabilis gentibus se beneficium praebeat, charitatisque innumera officia exhibuit. Tantus ejus se prodidit in homines amor, ut non solum ad varias et dissitas nationes ipse pro populorum salute laboraturus perrexit, verum et Ordinem instituerit, cujus alumni hominum salutem in omnibus terrae partibus usque ad mundi finem sedulo incumbent; unde in Seraphico Francisco fuisse videtur prodigium et miraculum amoris erga homines. Cum autem sanctus Franciscus haberet spiritum amoris erga homines, *habuit etiam spiritum odii in seipsum*.

## III PARS.

*Sanctus Franciscus habuit spiritum odii in seipsum.*

Sui ipsius odium non inspirat natura, quae quemque non ad sui odium, imo ad se amandum inclinat, et, naturaliter loquendo, nullus abnegare semetipsum, crucem tollere, suamque carnem odio habere potest: *non enim unquam carnem suam odio habuit* (Ephes. 4). Christus tamen, ut perfectionis viam homines doceret, corpus suum sancto persecutus odio, voluit item, ut apostoli, discipuli, omnesque christiani sua odio haberent corpora, ac sanctum iis bellum indicerent. Et ideo illos toties hortatur ad crucem ferendam, iisque declarat quod ut vitam aeternam obtineant, sua non amore et favore, sed odio habere debeant

corpora: *qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam* (Joann. 12). In qua verba divus Bernardus ait, duo esse hominum genera, qui animam, seu corpora sua odio habent: martyres scilicet, qui pro Christo mortem corporis patiuntur, et poenitentes, qui propter Christum corpora sua mortificationibus et variis durioris poenitentiae operibus cruciant: *homo odit animam suam, sive eam perdendo ut martyr, sive eam affligendo ut poenitens*. Martyr quidem fieri optavit Franciscus, martyrii desiderio exarsit, et ad infidelium regiones properavit, ut martyrii obitu occasione captaret. Martyr revera non occubuit Pater Seraphicus, et corpus suum non ita odio habuit, ut martyrium de facto passus sit; tamen illud ita odio habuit, ut ab ipso conversionis momento usque ad mortem continuus illud mortificationibus affligerit. Postquam enim altioris perfectionis statum suscepit, corpus suum velut infensissimum salutis hostem inspiciens, mox illud jejunis attrivit, flagellis cruentavit, variisque poenitentiarum generibus mactavit. Et quo etate flobat provecior, eo corpori suo efflicebatur infensior, ita ut nonnumquam visus sit nudum corpus inter spinas et tribulos, imo et aliquando super ardentem prunam volutare. Sic se habuit respectu proprii corporis, sicut se habere solet homo vindictae cupidus respectu eorum quos maximo odio prosequitur; unde de eo vere dici debet, quod propter Deum carnem suam et semetipsum odio habuerit. Christianum concolorem fieri debere Christo, praclare dixit Ambrosius: *christianus concolor Christo*. Qui, quaeso, sunt Christi colores? Eos manifestare videtur sponsa, dicens, dilectum suum esse candidum et rubicundum: *dilectus meus candidus et rubicundus* (Cant. 5, 10). Christus quidem candidus fuit ratione niveae puritatis qua floruit: fuitque rubicundus ratione ardentissima charitatis qua exarsit, et ratione pretiosissimi sanguinis, quem pro hominum salute effudit. Ecce Christi colores; et ecce etiam colores Francisci, qui candidissimus fuit ratione praecelsae puritatis, qua praefuit, et rubicundus ratione purpurei sanguinis, quem diris flagellationibus, aliisque mortificationibus ex corpore suo pluries extraxit. Vel dicendum,

Franciscum alio sensu, alioque titulo Christo fuisse concolorem, quia scilicet simul cum Christo jejunia, vigiliis, aliasque corporis mortificationes amavit. Cum quis aliqua non amat, dicitur, communi proverbio, quod hi non sint ejusdem coloris; et sic jejunare et alia propter Christum pati, non sunt hominum sæculi colores, qui talia non amant. Hi autem fuere Francisci colores, qui cum Christo et propter Christum in oratione die vigilavit, continue jejunavit, crucem lubenti animo portavit, corpusque suum, tanquam hostem infensissimum, variis modis vexavit et cruentavit. Non semel admiratus sum, quod sponsa sacra amorem patientem cum morte, inferno et igne conferat, dicens: *fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio; lampades ejus, lampades ignis atque flammarum* (Cant. 8, 6). Quæ convenientia haberi potest amoris patientis cum morte, inferno et igne? Conveniunt sane in hoc, quod sicut mors, infernus et ignis sunt insatiabiles, ita et insatiabilis est amor patientis: cum etenim sancti alienius viri cor amore patiente sauciatur, penitentiis et mortificationibus nunquam satiatur, ac quo plura pro Christo patitur, eo plura et graviora pro ejus amore pati peroptat. Amore autem illo patiente supra modum exarsit Franciscus, qui ita Deum amabat, et corpus suum ita odio habebat, ut penitentiis et mortificationibus nunquam satiari valeret; quamdiu enim vixit, semper magis et magis corpus suum cruciavit. Unde paulo ante mortem ab eo veniam petiit, eo quod tam acerbis mortificationibus illud vexaverit. Habuit ergo Franciscus spiritum contemptus, amoris et odii: *spiritum contemptus* respectu honorum terræ: *spiritum amoris* respectu hominum: *spiritum odii* respectu sui ipsius. Ecce quomodo super sanctum Franciscum requieverit Christi spiritus: *requiescet super eum spiritus Domini*. O utinam idem super omnes homines requiesceret spiritus! E contra proli dolor! supra multos non Christi, verum demonis et mundi requiescit spiritus: multi enim avaritiæ, vindictæ, amoris præpæ, non autem contemptus terrenorum, amoris hominum et odii in seipsos spiritu possidentur. Multi quidem non habent spiritum contemptus, respectu terrenorum: quin potius spiritu

avaritiæ et ambitionis ad ea feruntur: mens namque eorum de iis comparandis semper cogitat: cor eorum illis acquirendis continue inhiat, et plerique utraque manu ea comparare conantur. Multi etiam spiritum amoris respectu hominum non habent; quin potius spiritu vindictæ in eos accenduntur, malignus hic invidiæ, odii et vindictæ spiritus regnat in orbe terrarum, nilque hoc spiritu in præsentem sæculum communis. Multi tandem sancto sua corpora non prosequuntur odio; quin contra plerique præ nimio corporis amore, gulæ indulgent, luxuriæ vacant, ac illicitis quibusque voluptatibus se dedunt. O quam exitiosis spiritibus ducuntur homines sæculi! Certe, si recte saperent, pravos illos avaritiæ, vindictæ et amoris proprii spiritus a se abjicerent et sollicito expellerent. O fratres, procul pellite hunc avaritiæ spiritum et terrena omnia, tanquam vilia vestimenta, velut avium nidulos et tanquam bona brevi peritura contemnite. Abjicite omnem vindictæ spiritum et proximum ut vosmetipsos diligite. Eradicatæ e cordibus vestris spiritum amoris proprii et sancti succensi odio in propria insurgite corpora, eaque jejuniis et mortificationibus conterite. Facite, ut super vos, sicut et super sanctum Franciscum, requiescat spiritus contemptus respectu terrenorum; spiritus amoris respectu proximi et spiritus odii respectu vestri. Si autem eundem cum Francisco Spiritum possideatis in terris, cum eo post mortem regnabitis in caelis. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Dabo eis cor unum* (Jerem. 32).

Si Doctore Seraphico fidelem adhibeamus, angelus ille Christo similis, quem vidit S. Joannes Evangelista, non est alius, quam Seraphicus Franciscus, qui puritate sua verus angelus, etiam Christo similis extitit in humilitate, in paupertate, in mundi contemptu, in zelo salutis animarum et in præcipuis vitæ ejus



actionibus. Si enim Christus in humil præsepio nasci voluit, in præsepio natus est et Franciscus; si apostolicam vitam instituit Christus, eam Franciscus servavit et propagavit; si duodecim apostolos Christus sibi elegit, totidem selectos discipulos assumpsit Franciscus; si apostolos suos in universum mundum misit Christus, ut ubique Evangelium prædicarent, primos etiam suos discipulos in omnes mundi partes delegavit Franciscus, ut ubique disseminarent verbum Dei et sanctum Christi Evangelium populis annuntiarent; si innumeris homines Christus perse et per Apostolos ad veram fidem convertit, Franciscus virtute divina per se et per discipulos, innumerabilem infidelium, hæreticorum et omnis generis hominum multitudinem ad pie vivendum adduxit; si tandem Christus pati, cruci affigi, latusque pedes et manus suas perforari voluit, Franciscus quoque in manibus, pedibus et latere stigmata Christi portare meruit. Ecce Franciscus in multis Christo Salvatori similem; quodque majori admiratione dignum videtur, Franciscus ei etiam similis fuit in cordis affectibus, ita ut unum et idem Christi et Francisci cor fuisse credatur. Et istam Francisci cum Christo conformitatem nunc investigare intendo. Nec enim Seraphicum Patrem magis exaltare possum, quam ostendendo, quod cor ejus simillimum et quasi unum et idem fuerit cum corde Christi, quod est sanctuarium divinitatis, in quo resident omnes thesauri sapientie Dei. Itaque Christi et Francisci unum et idem cor fuisse in tota hac concione probabo. *Dabo eis cor unum. Aœ.*

Qui de Christi in terris viventis corde recte judicant, fatentur, quod filii, matris et judicis cor habuerit. Cor Filii habuit respectu Patris æterni, cujus unicus et dilectus erat Filius: *hic est Filius meus dilectus* (Matt. 30). Habuit etiam cor matris erga homines, cum ipse amore materno et maternum superante nos dilexerit: *ipse dilexit nos* (Apoc. 1). Judicis tandem cor gessit respectu sui ipsius, cum, sententia a seipso prolata, ad omnia condemnatus sit supplicia, quæ in toto passionis suæ decursu pertulit: *oblatus est, quia ipse voluit* (Isa. 53). Unde si Christus diverso modo consideretur, aliud et aliud cor habuisse patet; respectu enim Patris æterni ha-

buit cor filii amantissimi et obsequentissimi: erga homines habuit cor matris summo affectu illos amantis: respectu sui ipsius habuit cor judicis ad acerbissima supplicia semetipsum condemnantis. En quale fuerit admirabile Christi cor. Videamus nunc, quale extiterit cor Seraphici Francisci: unum cum alio conferamus, utriusque faciamus analogiam, dicamusque, quasi unum et idem Christi et Francisci cor. Franciscus enim simul cum Christo habuit cor filii, matris et judicis. Habuit 1. *cor filii* respectu Dei; 2. *cor matris* respectu hominum; 3. *cor judicis* respectu sui ipsius. En tres hujus concionis partes, quibus Christi et Francisci cor unum fuisse constabit: *dabo eis cor unum.*

## I PARS.

*Sanctus Franciscus habuit cor filii respectu Dei.*

Christus, verus æterni Patris Filius, modo perfectissimo eidem veri filii præstitit officia; ac erga illum cor filii vere gessit, cum ardentissimo eum persecutus sit amore, eique obedientiam et reverentiam filialem in omnibus exhibuerit. Quod autem de Christo, hoc et de Francisco dicendum; habuit enim Pater Seraphicus cor veri filii respectu Dei, quia habuit 1. cor voluntati ejus penitus subditum et obediens; 2. cor gloriam ejus in omnibus exquirens; 3. cor amore ejus succensum.

1. Filii nomine indignus censendus, qui patris sui voluntatem adimplere non satagit: verus enim filius idem cum patre velle et nolle debet, ac mox ut novit filius, quid velit pater, si illud saltem malum non sit, voluntati ejus se conformare et cor suum inclinare debet. Norunt autem omnes, Christum obedientis filii cor vere gessisse respectu Patris æterni, cum ei obediens fuerit usque ad mortem et in omnibus ei obtemperaverit. Item et Franciscus tale cor habuit respectu Patris sui celestis, cui in omnibus se filium obedientissimum præstitit ejusque voluntatem perfectissime adimplevit. Taceo Dei mandata quæ haud



dubie simul cum Evangelicis consiliis modo perfectissimo servavit vir ille Seraphicus: hæc sub silentio prætereo, ut veniam ad speciale illud mandatum, quod ei dedit Deus, suam reparandi Ecclesiam: *vide Franciscæ, repara domum meam, quæ labitur*. Sancti enim Francisci temporibus sancta Romana Ecclesia variis erat schismatibus dilacerata, hæresibus multis discerpta, ab infidelibus impetrata, bellis inter principes christianos exortis concussa, innumeris falsorum christianorum denigrata vitis; totque modis ab hostibus suis impugnata, ut in proximo ruinæ suæ periculo versari videretur. Deus autem, ut tanto occurreret malo, elegit virum secundum eorum suam; Franciscum ad tale munus obeundum delegavit et voce e cœlis missa, præcepit ei, ut labentem restauraret Ecclesiam: *vade, repara domum meam, quæ labitur*. Franciscus autem, ut ait Doctor Seraphicus, *se totum collegit ad perficiendum Dei mandatum (in legenda 2)*: ac quicquid habuit virtutis, intelligentiæ, virium et artis, collegit et adhibuit, ut divinæ obediens voluntati labentem Ecclesiam repararet, illiusque ruinas omnibus modis sibi possibilibus resarciret. Supremo enim irradiatus spiritu Franciscus vidit, Ecclesiam viris doctis egere, tum ad erudiendos fideles, tum ad hæreticos debellandos; ideo Ecclesie dedit Seraphicum Bonaventuram, subtilem Scotum, irrefragabilem Alexandrum Alensem et innumeros alios doctores, qui eam sua scientia illustrarunt et ab hæreticis vindicarunt. Vidit Franciscus, quod viris virtute et sanctitate illustribus ad sui ornamentum et gloriam indigeret Ecclesia; ideo dedit ei pene mille martyres, qui suo eam sanguine purpurarunt; mille sexcentos confessores sanctissimos, qui suis illam virtutibus, miraculis et exemplis exornarunt, et innumeros alios viros prissimos, qui omni tempore in ea velut astra fulgentissima rutilarunt. Vidit Pater Seraphicus, quod ad reparandam Christi Ecclesiam, expellendi forent lupi rapaces, qui eam infestabant, et advocandi pastores boni, qui eam foverent et defenderent; igitur dedit ei quatuor summos Pontifices, sexaginta et octo patriarchas, archiepiscopos circiter centum triginta et pliusquam sexcentos episcopos, qui ferventibus suis concionibus, monitis

salutaribus, sanctis legibus et præclaris omnium virtutum exemplis eam sustentarunt et restaurarunt. Ad hæc nonne Franciscus Ecclesie dedit innumeros concionatores zelatissimos? Nonne innumeros ei dedit viros apostolicos, quorum sonus in omnes terræ regiones exivit, et qui Ecclesiam ampliarent, decorarent et repararent? Certe Franciscus fuit filius æterni Patri obsequentissimus, gessitque eorū filii respectu Dei, quoniam magna eum animi submissione ei obtemperavit: *ac etiam quia gloriam ejus summo affectu exquisivit et promovere conatus est*.

2. Sicut Christus in summa cordis humilitate incescit, et hominum honores declinavit, protestatus, se non suam, sed Patris sui gloriam quærere: *non quæro gloriam meam* (Jo. 8); ita Franciscus de propria gloria nil omnino curavit, quin contra ab hominibus despicī amavit et quesivit. Gaudēbat, cum illudēbatur, tripudiabat, cum vituperis afficiebatur; stultus astimari amebat; et si aliquando lutum injiciebant pueri, ipse subridebat, quia non suam, sed cœlestis Patris gloriam quærebat. Cum die quadam vir Seraphicus divinas in silvis decantaret laudes, ad eum accesserunt latrones, a quibus dirissime vapulavit et in terram est projectus; quibus ille, nullatenus perterritus, confidenter dixit: *præco sum magni Regis*: quasi diceret, illudite mihi, quantum placeverit; irrisionibus, conviciis et opprobriis me afficite, quantum volueritis; imo ad arbitrium vestrum me plectite; hæc omnia velut favores accipiam, quoniam tantummodo cœlestis Patris gloriam ambio: *non quæro gloriam meam*. Sicut sanctus Michael in famoso illo pœlio, quod datum est in casu, zelo gloriæ Dei succensus, clamavit: *quis ut Deus?* ita Franciscus eodem gloriæ Dei zelo ardens, pro ejus gloria per se et per filios in omnibus terræ partibus decortavit, ac vir ille sanctissimus semper clamavit: *quis ut Deus?* Catholicis et hæreticis, fidelibus et infidelibus, ac omnibus cum quibus conversabatur, Dei gloriam prædicavit, eosque ad Deum glorificandum excitavit, dicens, omnia alia a Deo nihil esse: *quis ut Deus?* Jam Italiæ civitates lustrabat vir ille sanctissimus, ut ibi gloriam Dei manifestaret et ampliaret; jam ad exteras et barbaras se conferebat regiones, ut ibi Deum

honorandum et glorificandum predicaret; ac semper et ubique Dei nomen et gloriam hominibus manifestabat. *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus* (Joan. 17). Propterea fatendum, Franciscum vere cor filii habuisse respectu Dei, cum ejus gloriam in omnibus exquisierit, *ac etiam cum cor ejus Dei amore succensum fuerit.*

3. Verum quidem, quod parentum amor ad filios descendat, quodque pater, si quid saltem in eo humanitatis sit, semper filios, quos genuit, diligit. Et amor vicissim a filiis ad parentes ascendere solet; quicumque enim filius, si filiale cor habeat, non potest nosse se esse filium, quin patrem, cujus est filius, ardentem amet et magno amore prosequatur. Sanctus Franciscus autem vere cor filiale gessit erga Deum, quam ardentissime dilexit; atque, ut loquitur Doctor Seraphicus, *cor Francisci totum amore Dei coneremabatur* (ubi sup.). Hujus amoris flammis ubique emittebat Franciscus; et sicut ignis semper et ubique ardet, ita cor Francisci, divini amoris igne succensum ubique ardebat et ubique amoris sui in Deum flammam spirabat. Jam epistolis quas scribebat, jam sanctis concionibus quas habebat ad populum et jam ignitis verbis quae in conversatione proferebat, suum hunc in Deum patefaciebat amorem: insuper quandoque versus ille Dei filius, aeterni Patris sui amore accensus, silvas ullaebat, ubique dolore confectus, eo quod Deus non amaretur, clamabat, ac pluries illa verba iterabat; *amor non amatur, amor non amatur*. Amor ille quo in Deum ferebatur sanctus Franciscus, tantus erat, ut in corde ejus contineri non posset, quin foras erumperet; hinc illius amoris scintillas foras mittebat actibus amoris, canticis spiritualibus et verbis ignitis quae proferebat. Tunc maxime vero foras erupit ille amor, cum vir ille Seraphicus saeris stigmatibus fuit insignitus; tunc enim, ut ait sanctus Bernardinus, hic amor in corde ejus contineri minime valens, magno impetu in latere, pedibus et manibus ejus aperturas sibi fecit ut foras erumperet. *Sicut, inquit, non potest ignis materialis intra vas obturatum diu contineri, quin illud disrumpat, sic cor Francisci erat vas quoddam sacrum, igne amoris Dei plenum, tan-*

*tusque erat ille ignis, ut intra vas tam aeternum delineri non potuerit. Quare summo impetu aperturas, quas stigmata saera vocamus, effecit ut flammam suam emittere valeret* (de sacr. stigm.). Impie locutus censetur Lucianus, cum aliquid ad corporis humani perfectionem deesse dixit, neupe fenestram in pectore, qua amici, quanto arderent amore, sibi invicem manifestare possent. Si tamen hujusmodi fenestra aliquid perfectionis humano corpori adderet, hac sane perfectione potitus videtur Franciscus, cujus in Deum amor aperturas et quasi fenestras in latere, pedibus et manibus fecit, per quas eum maximo exarsisse in Deum amore, quisque videra poterat. Ecce quomodo Franciscus simul cum Christo habuerit cor filii respectu Dei. *Ipse habuit etiam simul cum Christo cor matris erga proximum.*

## II PARS.

*Sanctus Franciscus habuit cor matris erga proximum.*

Intra matrum corda penetrare non valemus, ut ibi videamus, quanto in filios amore ardeant; tamen cum de internis per externa coneamus, internum illarum in filios amorem ardentissimum esse judicamus beneficiis, sollicitudine et generositate: *beneficiis*, qui illis impendant; *sollicitudine*, qua illorum profectum quaerunt; *generositate*, qua illos protegant. Ex iisdem principiis agnoscimus, Franciscum ardentissime dilexisse homines, ac vere cor maternum habuisse respectu illorum; habuit enim cor beneficium, sollicitum et generosum. Habuit 1. *cor beneficium* erga omnes; 2. *cor sollicitum* pro salute omnium; 3. *cor generosum* pro defensione omnium.

1. Cum amor ex sui natura sit diffusivus et beneficus, non potest quis amare, quin, quantum fas est, in personam amatam se beneficium prebeat, eoque magis illi benefacere conatur, quo ardentiori eam amore prosequitur. Exinde facile judicamus, ardentissimum esse matrum in filios amorem, eo quod,



ut omnibus innotescit, facultatibus, somno, quiete, libertate et omni se honorum genere libenter spoliens in gratiam filiorum; atque ex hoc etiam clarissime cognoscimus, Franciscum ardentem et amore materno omnes homines vere dilexisse, cum certo constet, quod in omnes se beneficium exhibuerit non solum frequentibus orationibus, quas pro omnibus ad Deum faciebat, jugibus lacrymis, quas pro omnibus fundebat, et corporis mortificationibus, quas pro omnibus suscipiebat, verum etiam variis charitatis officiis, quas omnibus præstare conabatur. Nunc enim infirmos ad patientiam hortabatur; nunc moestos consolabatur, leproso- rum nunc lavabat ulcera et nunc quæ ad victum necessaria erant, sibi subtrahens, ut pauperibus ea distribuere. Proprio se pluries exuit pallio, ut nudus cooperiret, nosocomia, seu valetudinaria publica sæpissime lustrabat, ut infirmis inseriret; in omnes denique se beneficium exhibebat, quia omnes ardentem amabat. Nulla unquam mater tanto erga filios exarsit amore, quanto Christus erga omnes omnino homines succensus fuit. Non hunc dimittat, vel illum hominem, at omnes, nullo excepto, affectu materno dilexit; illumque manifestavit amorem beneficiis, quibus omnes penitus homines affecit. Pro omnibus enim incarnari, esurire, sitire, sudare, vigilare, orare, jejunare, pati et mori voluit; omnesque absque ullius exceptione, pretiosi sanguinis sui fructum percipere optavit. Simile in modum sancti Francisci cor ita fuit dilatatum, ut amaret omnes, omnesque caperet. *Cor nostrum dilatatum est* (2 Cor. 6, 11). Tanta fuit capacitatis et amplitudinis cor ejus, ut ad omnes se extenderet, omnesque, nullo excepto, ardentem diligeret; et ideo pro omnibus oravit, jejunavit et laboravit: ac in omnes et per se, et per fratres suos, beneficium se præbuit; neque solum homines amore materno dilexit, quia cor habuit in omnes beneficium, *verum etiam quia habuit cor sollicitum pro salute omnium.*

2. Sicut cor divi Pauli adeo de omnium hominum salute anxietabatur, ut omnes in Christi visceribus cuperet, omnes lucrifacere et salvare optaret, *omnesque in regnum Dei festinaret inducere* (Chrysost. in cap. 9, 2 Cor.), ita cor Sera-

phici Francisci de omnium penitus hominum salute sollicitum, omnes ad æternæ salutis portum adducere vehementer desiderabat. Quod cordis sui desiderium tunc manifestavit Pater Seraphicus, cum aliquos ex fratribus et filiis suis spiritualibus ad quatuor mundi partes misit, ut in omnem terram exiret sonus eorum et ut omnium hominum salutem procuranda incumbere- rent. Tunc etiam hoc suum patefecit desiderium, cum nonnullos ex fratribus suis mittens Marrochium ad Occidentem, ipsa versus Orientem perrexit, Soldani aditurus presentiam, ut sic ipse Orientis, illi Occidentis populis salubre Christi predicantes Evangelium, quasi totum mundum ad Christum converterent. Tunc vero maxime suam hanc omnes homines salvandi sollicitudinem monstravit Franciscus, cum tres diversos instituit Ordines: Fratrum Minorum scilicet, Clarissarum et Tertiariorum. Instituit enim Fratrum Minorum Ordinem, ut innumeros juvenes, relictis sæculi pompis ad altiorem vitæ perfectionem vocaret et salutis hominum ministros efficeret. Instituit Clarissarum Ordinem et ut puellas multas a sæculo nequam educeret, et ut earum ministerio aliæ plures salvarentur. Instituit tandem Ordinem Penitentibus, seu tertium Ordinem pro omnibus tam viris, quam mulieribus in sæculo manentibus, ut omnibus in sæculo viventibus spiritum inspiraret penitentiam, qua mediante, omnes salvari et promissum penitentibus cælorum regnum adipisci valerent. Dicere etiam possemus, quod sollicitudinem salutis hominum qua agebatur vir ille Seraphicus, tunc perfecte manifestaverit, cum indulgentiam sanctæ Mariæ angelorum obtinuit. Tunc enim terram a Christo non petiit, quæ prorsus contemnebat: tunc honores sibi dari non rogavit, quos pro nihilo habebat; tantum hominum salutem postulavit, ad quam toto corde anhelabat. Tunc solum Christo dixit: *da mihi animas*; oro ut des mihi indulgentiam pro omnium hominum salute. O cor vere maternum! O cor vere sollicitum pro omnium hominum salute! *Demum Franciscus habuit etiam cor matris respectu omnium, quia habuit cor generosum pro eorum defensione.*

3. Sicut matres, licet ex natura sua debiles et meticu-



lose, generosissimæ tamen sunt, cum de tuenda et defendenda prole agitur, ita sanctus Franciscus, instar piæ matris, corde generosissimo omnes omnino homines a satanæ tyrannide defendere et eripere conabatur. Videbat vir ille Seraphicus, quod dæmon, tamquam leo rugiens, totum circumiret terrarum orbem, ut Christi Salvatoris oves raperet et devoraret; videbat, quod princeps tenebrarum ubique Christi gregem infestaret et vastaret, quodque innumerî homines sub ejus dominio ingemiscerent; ideo plurimos ex fratribus suis undequaque mittens, ut dæmoni bellum indicerent; ipse apud Turcas, ubi præcipue dæmon triumphare videbatur, audacter se contulit, ibique mille obicis mortis pericula, Soldanum directe adivit, Christum crucifixum ei prædicavit, Evangelicam legem annuntiavit, sectam Mahumeticam damnavit; tantoque spiritus fervore Soldanum alloctus est, ut eum ad meliorem vite frugem adduxerit. O præclaram Francisci fortitudinem! Franciscus merito creditur vir ille potentissimus, quem Deus, cujus providentia non fallitur, misit ad stationem dæmonum, ut eos debellaret. Sicut enim Jonathas dixit adolescenti armigero suo, ut transiret ad stationem Philistinorum, cui prompte obtemperavit armiger ejus, ita, inquit Liranus, Christus Franciscum armigerum suum, qui ejus insignia in manibus et pedibus gestabat, misit ad stationem dæmonum; eique animo obtemperavit Franciscus. Transivit enim ad populos infideles, ubi erat statio et solium dæmonum; ibi tenebrarum principes aggressus populos ab eorum tyrannide liberare perentavit, tum prædicationibus multis, tum mirandis vite suæ exemplis. Ecce quomodo Franciscus simul cum Christo habuit cor matris erga homines; ipse simul cum Christo habuit cor severi judicis respectu sui ipsius.

## III PARS.

*Sanctus Franciscus habuit cor judicis respectu sui ipsius.*

Christus a Patre constitutus Iudex vivorum et mortuorum, officio judicis adversus seipsum fungi non dubitavit; sententia enim quam adversus seipsum tulit et divino suo decreto ad omnia, quæ in toto vite suæ decursu passus est, voluntarie se condemnavit: *oblatus est, quia ipse voluit*. Sicut autem Christus, ita et Franciscus adversus seipsum severitatis judicis munus obivit; fuitque iudex in seipsum semetipsum et crudelis, quoniam seipsum condemnavit 1. ad ignominias; 2. ad dira supplicia; 3. ad mortem.

1. Alias virtutes exultat, sublimat et dignificat humilitas, magnumque his dignitatis et sublimitatis characterem confert; *humilitas, virtutum sublimitas* (August. serm. 2 in Psal. 58); ideoque Franciscus, qui omnes virtutes in eminentissimo gradu assequi peroptabat, humilitati potissimum studuit, humilitatis operibus continue incubuit: utque ad altissimum humilitatis gradum perveniret, ad ignominias multas perferendas seipsum condemnavit. Jam, sententia in seipsum lata, se condemnabat ad irrisiones, convicia et opprobria a pueris, a viris impudentibus et ab impiis perferenda; jam, ut omnis in se vanitatis spiritum extingueret, damnabat se ad vilia, infantilia et stulta aliqua opera palam agenda, optans a spectantibus amens et stultus reputari. Imo et aliquando se ad multam honorariam condemnavit: fuit enim ad collum ligato, publicum civitatis Assisiæ forum adivit, ibique coram adstante populo reum se et omnium sceleratorum maximum declaravit. Nuntium mirabilem censet doctor mellilius sponsæ sacræ humilitatem adeo præstantem, ut nullis honoribus corrumpi et nulla gloria inflari posset. *Quæ est illa tam sublimis humilitas, quæ eedere non novit honoribus, inolescere gloria nescit?* (hom. 4 sup. Missus est). Hac quidem humilitate floruit pater Seraphicus, qui

quo magis ab hominibus aestimabatur et laudabatur, eo se viliores ac omni laude et honore indigniores censebat. Insuper tam sublimis ejus erat humilitas, ut iudicio dato, ad ignominiosa et probrosa multa obeunda et perferenda se condemnaret. Pius erat, sanctus et innocens erat et tamen in semetipsum tanquam iudex severus insurgeret et ad talia damnaret. Præterea sanctus Franciscus ut iudex severus semetipsum ad dura supplicia condemnavit.

2. Christiani sunt heredes Crucifixi (S. Cyr.), quia quicumque regenerationis Sacramentum accepit, carnem suam lustralibus aquis lotam mortificare, carni Christi conformare et crucifigere debet: *Corpus regenerati fiat caro Crucifixi* (S. Leo ser. 14 de Pass.). Hanc quidem e caelis lapsam doctrinam pauci capiunt; Franciscus eam ita perfecte calluit, ut omni mortificationum genera seipsum crucentaverit et crucifixum. Sanctissimus enim ille vir, iudex in proprium corpus crudelis extitit, qui pia crudelitate illud ad flagella acerbissima, ad arctissima jejunia, ad durissimos labores et ad alias multas hujusmodi penas seipsum condemnavit. Imo, quod potest fieri loco habetur, Franciscus nudum corpus interdum inter spinosas vepres volubatur, interdum supra nivem volvebat et interdum supra ardentem prunas versabat. O sanctam et duram Francisci in proprium corpus crudelitatem! ei vere fuit in iudicem crudelem, cum illud ad tam dira supplicia condemnaverit; *mutatus es mihi in crudelem* (Joh. 30). De peccatoribus ait Scriptura, quod viscera eorum sint crudelia; *viscera impiorum crudelia* (Prov. 12). Alio autem sensu dici potest, quod viscera piorum sint crudelia, quia scilicet plerique sanctorum pia crudelitate corpora sua variis vexaverunt mortificationibus et suppliciis. Et hoc in primis peregit Seraphicus Franciscus, qui se iudicem in proprium corpus constituit, fuitque in illud iudex ita severus, ut vix alius eo crudelior fuisse videatur. Quis enim sanctorum crudeliores contra proprium corpus tulit sententias? Qui in illud dirior? Quis illud ad duriora damnavit supplicia? Certe vix ullus talis inveniri potest. Unde paulo ante obitum ab illo veniam supplicis postulavit, quasi in illud nimium severus exti-

terit. Ecce iudicem vere contra seipsum crudelem. Franciscus demum ut iudex in proprium severus, se ad mortem pro Dei gloria obeundam damnavit.

3. Continuae sanctorum mortificationes et dura poenitentia cui se addixerunt, sunt quoddam martyrium, *horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius* (Bern. ser. in octav. Pasch.). Jamvero Patri Seraphico non fuit satis, jugi hoc martyrio corpus suum afflixisse, illud insuper ad mortem pro Dei gloria obeundam condemnavit. Proprium corpus reum mortis censebat, ac cum Bernardo dicebat: *reus est mortis amicus ille diaboli, inimicus Christi*; proinde sententia a seipso lata, illud ut mortis reum, ad mortem et ad martyrium condemnavit et ut hanc suam sententiam executioni mandaret, tribus vicibus itineri se commisit, ut ad semotas infidelium oras, martyrii occasionem quaesiturus, se conferret. Et licet bis divina dispositione fuerit prohibitus, tertia tandem vice, postquam opprobria, vincula, verbera et plurimos labores perpessus est, ad Soldani Babylonie praesentiam ductus, tanto spiritus fervore ei Christum crucifixum predicavit, ut mirari liceat, quomodo barbarus ille princeps, morti quam desiderabat, cum non adjudicaverit. Duleta semper censuerat sanctus Franciscus omnia poenarum genera, qua patiebatur, dicens: *heu! quam dulcia sunt supplicia que patior, cum eoli delicias, quas expecto, intueor!* tunc vero ipsi suavis et amabilis fuisset ipsa mors, quam sollicito quaerebat et ardentem desiderabat. Soldani Francisci doctrinam admiratus illum ut virum a Deo missum honoravit, eique aurum et argentum obtulit; quae omnia minime quaerebat Franciscus. Si ignes, rotas, gladios, crucem et ipsam mortem illi obtulisset, summo illum gaudio affectisset, quia nil adeo peroptabat, quam supplicia et ipsam mortem pro Christi amore perpeti, ipse enim, sicut alter Andreas, *ad tormenta tanquam ad ornamenta, ad poenas sicut ad delicias properabat* (S. Bern. ser. de S. Andr.). Nunquam vir sanctus Christi pro sui amore crucifixi et mortui recordabatur, quin et ipse pro Christo pati et mori desideraret; ideo ad mortem pro illo obeundam se damnaverat, ac pro illius amore mori quaerebat et ideo martyr



extitit desiderio. Imo et quodammodo martyr dicendus passionibus suis, quia Christus per se, vel per aliquem ex Seraphim sacra passionis suae stigmata corpori ejus impressit, ac martyrum dolores eum experiri fecit. Ecce quomodo Christi et Francisci unum fuerit cor. Unum quidem fuit, cum Franciscus simul cum Christo haberet *cor illi* respectu Dei, *cor matris* respectu hominum et *cor julceis* respectu suiipsius. O mirabilem cordis sancti Francisci cum corde Christi analogiam et similitudinem! O utinam sic corda nostra cordi Christi forent similia! Jam heu! timeo, ne vel minimum reperiat in nobis cordis Christi vestigium: *vestigium cordis boni difficile invenies* (Ecclesi. 18). Dic, o christiane, estne in te respectu Dei cor veri illi, ita ut mandatis ejus humiliter obtemperes, gloriam ejus ferventer æmuleris, ac ejus amore continue succendaris? Heu! quam rara hujusmodi corda? Dicite, queso, qualia sunt corda vestra respectu proximi? Estne aliquis, qui, respectu ejus cor maternum gerat, ita ut amore proximi vere ardeat, ei benefacere curet, illumque a malis tueri et defendere conetur? Certe rara etiam hujusmodi corda, nam *totus mundus in maligno positus est* et plerique meditantur solum modos et artes, quibus aliorum facultates eripere, gloriam eorum deprimere, de iis vindictam sumere, eorum ruinam moliri, vel iis aliquo modo nocera possint. Postremo quis habet cor severi judicis respectu sui ipsius? Quis ad placandam divini numinis iram pro peccatis quae perpetravit, ad jejunia, ad flagella et ad alias hujusmodi poenitentias se condemnat? Heu! quam pauci sunt, qui per arctam et difficilem hanc caeli viam incedant! Multi quidem spatiosam voluptatem sequuntur viam et paucissimi arctam et regiam crucis viam tenent: multi corpori suo adulantur, illudque fovent; paucissimi illud sanctis mortificationibus vexant et salutaribus poenitentis affligunt. O fratres dilectissimi, si recte sapitis, duras adversum corpora vestra sententias dicite, ea Christi jugo subdite, juxta rationis et christianae legis praescriptum ea mortificate, ex iis hostias Deo dignas facite, ac in illa iudices severi estote et Christus, justus vivorum, mortuorumque Judex, aeterna vos beatitudine donabit. Amen.

## DE SANCTA THERESIA

## CONCIO UNICA.

*Dilexit multum* (Luc. 7).

Dum terram incoleret Theresia, Christi sponsi sui amore succensa vivebat; in corde ejus sacri amoris ignis continue ardebat; divinum semper spirabat amorem; tantoque fœdere amoris Christi jungebatur anima ejus, ut vivere et Christum amare unum et idem in ea videretur. A Christo quidem amabatur Theresia, et illa vicissim Christum amabat. Erat Christus illi et illa Christo per amorem: *dilectus meus mihi et ego illi* (Cant. 1, 12). Erat Theresia Christo per humilitatem altissimam quam sectabatur, per heroicam patientiam quam profitebatur, per obedientiam, perpetuam et alias virtutes, quas in gradu perfectissimo possidebat; verum Christo potissimum erat per charitatem, omnium virtutum reginam, firmam et perfectionem. Non dicam jam quomodo Christus Theresiae per amorem fuerit: non explicabo, quantus existerit ille amor, quo Christus praecalam hanc virginem est prosecutus: non recensere raptus, extases, favores eximios, praecellentes gratias et omnia singularis amoris testimoniis, quae Christus Theresiae dedit; totam dicendi materiam in hac oratione panegyrica sumam ab amore, quo haec virgo Christum, animae suae sponsum, prosecuta est. De illa dicam, quod de Magdalena Christus, quod scilicet multum amaverit: *dilexit multum*. Videamus qualis et quantus fuerit Theresiae in Christum amor. Age.

Qui vere et perfecte Deum amat, inquit doctor Angelicus, pro eo gravia patitur, ad ejus gloriam magna operatur et interno erga eum languore afficitur: *amor facit sustinere infatigabiliter, amor facit operari indefinenter, amor facit languere utiliter* (opusc. 61). Triplicem hunc amoris gra-



dum erga suum sponsum sacram anticioram sponsam perfectissime possedisse neminem latet. Ipsa enim pro ejus amore gravia patiebatur, et ideo dicebat, divinum sponsum sibi esse, non florem visui et olfactui jucundum, verum fasciculum myrrhæ amarissimum: *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi* (Cant. 1). Ipsa etiam pro ejus gloria continue operabatur et ideo illum exire rogabat, ut in hortum suum veniret, sea in animam suam, in qua, tanquam in horto, indesinenter pro dilecti amore laborabat: *veniat dilectus meus in hortum suum* (Ibid. 5). Ipsa tandem ob nimium, quo in sponsum ferebatur, amorem, continuo languore conficiebatur, et ideo filias Jerusalem suppliciter rogabat, ut dilecto dicerent, quod amore ejus ipsa langueret: *adjuro vos, filie Jerusalem; si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei, quia amore langueo* (Ibid. 4). A divina hac sponsa ad beatam Theresiam, quæ purissima etiam Christi sponsa noscitur, jam veniamus, ac dicamus, quod Christum triplici hoc amore dilexerit. Amavit enim eum 1. amore patiente; 2. amore operante; 3. amore languente.

## I. PARS.

*Sancta Theresia Christum amavit amore patiente.*

Qui Christi amore susciatur, eum in cruce pendentem et pro hominum amore morientem contemplari nequit, quin desiderio pro eo gravia quæque patienti accendatur. Unde ipsa experientia constat, personas amore digno Christum diligentes, ardentem crucem ambire, libenter eas amplecti, easque constantem et patienter sustinere: *amor facit sustinere infatigabiliter*. Patiente hoc amore vel a primis vitæ suæ annis sufflam-mabatur Theresia; cum enim martyrum acta in tenerima adhuc ætate perlegeret, in corde ejus ignescebat et accendebatur urgens pro Christo moriendi desiderium; exinde cum novo ex fratribus suis ætate vix eam superante conferens de mediis, quibus posset ad martyrium pertingere, pueriles

eorum animos subit non puerile consilium de eundo ad Maurorum regiones, eleemosynam queritando, ut ibi pro Christi fide et amore sanguinem funderent. Quo ardore succensi, paterna aufugientes domo, versus Africam tendunt, obvium traiciunt flumen, levique incedunt pede, quousque occurrens illis patruus, eos ad paternam domum reduxit. Ita Christi ardebat amore septennis hæc adolescentula, ut vitam pro ejus gloria profundare parum sibi videretur. Vitæ adhuc nescia ejus jam erat prodiga; cumque minusculem ejus corpus non haberet quo jam ferrum reciparet, illud ferro, flammis et omni suppliciorum generi pro Christi sponsi amore exponere peroptabat. Unde mihi eam audire videor cum illustri martyre sancto Ignatio dicentem: utinam fruar bestiis; ignis, crux, bestie, contractio ossium, membrorum divisio, totius corporis contritio et omnia tormenta diaboli in me veniant, ut Christo fruar. Ipsa tunc ad martyrium sicut ad epulas properasset; et licet nondum esset idonea penæ, omnes penas, omniaque tormentorum genera pro Christo perpeti desiderabat. Verum quidem, quod sancta hæc virgo ad paternam domum reversa et increcente ætate, mundanis aliquanto tempore se immiscuerit consortio, exteriori studuerit corporis ornatui, librisque vanis et curiosis pervolvandis incubuerit; in quibus etsi nunquam mortaliter peccasse crediderit, primarius tamen ejus fervor tepescere et ardens ille Christi et passionum ejus amor aliquantulum defecere cepit. Quod advertens prudens ejus pater, eam in quoddam monasterium instituendam misit; ubi lux ei nova affulsit sæculi vanitatem ei demonstrans, mundi laqueos et pericula ei aperiens, quamque suave sit servire Deo ei manifestans. Quare tædio et dolore confecta, quod a prima charitate aliquantulum declinasset, ad Christum totaliter conversa, pro ejus gloria graviora quæque perpeti firmissime statuit. Hinc licet vita religiosa ei durissima et asperima videretur, constantem proposuit, quod quamvis purgatorii et inferni penæ ipsi forent in claustro perferendæ, in eo pro Christi amore toto vitæ suæ tempore perseveraret. Stadium ergo arduæ et laboriosæ virtutis de novo ingressa, nil magis habuit in votis quam pro Christo multa et

graviora pati, ardensque illud pro Christo patienti desiderium his exprimere solebat verbis: *Domine, aut pati, aut mori*. Joannes Stuard, Scotiae rex, pro insigniis coronam globo superpositam et duobus ensibus crucis figuram efformantibus transfixam gerebat, cum hac tossera: *his ornari, aut mori*. Theresia vero non ambitionis vento concitata, verum amoris Christi igne accensa, pro eo gravia pati, aut mortem obire desiderat, et ideo in tessera sua haec verba sumpsit: *aut pati, aut mori*. Anxio castigandi corporis desiderio ita aestuabat, ut quamvis secus caderent morbi quibus afflictabatur, corpus tamen ciliciis, catenis, urticarum manipulis, flagellis asperrimis, aliisque poenitentiae durioris instrumentis saepe cruciabat et aliquando inter spinas volutabat, Deo dicens: *Domine, aut pati, aut mori*. O Theresia, si tanto patienti desiderio aestuas, sponsus sanguinis tibi erit Christus: ut tuam probet fidelitatem, gravissimis corpus tuum doloribus afficiet; tuos toto trium annorum curriculo ita contrahet nervos, ut nec unquam movere possis digitum; crebra cordis deliquia te pati sinet; illo imminente, totius corporis violentus te saepe apprehendet tremor, frequentissimi tibi evenient vomitus, febrilibus laborabis plurimis, corpusque tuum innumeris toto quadraginta annorum tempore morbis affligetur. Vide, an ad haec perferenda sis parata. Haec et alia quaevis tormenta pro dilecti sui amore pati peroptat, dicens: *aut pati, aut mori*. O Theresia! dilectus tuus ostendet tibi adhuc, quanta oporteat te pro nomine suo pati; ponet enim te in signum, cui contradicetur ab imperatoribus, principibus, praelatis, doctoribus, imo et ab ipsis confessariis, seu spiritualis vitae magistris: alii monasteriorum tuorum foundationibus ad-versabuntur: alii arctae paupertati et duris mortificationum operibus, quae instigare intendis, contradicent: alii, non agnoscetes quo ducaris spiritu, te a daemone obsessam, vel saltem te vanam, superbam et mendacem proclamabunt. Attende serio, an parata sis ad haec omnia pro Christi amore patienter toleranda. Certe paratum cor ejus ad haec et longe graviora perferenda, semperque firmissime statuit: *aut pati, aut mori*. O Theresia! laborum tuorum nondum est finis;

cogers enim stare ante reges et praesides: in jus vocaberis, jam apud regem catholicum, jam apud nuncium apostolicum et jam apud fidei inquisitores. Ibi nigris opprimeris calumniis, nec aliquis a tuis stabit partibus; ne quidem moniales, quibus praees, quae maledica te percutient lingua, ac ex visionibus, revelationibus et extasiibus, quae omnium venerationem tibi conciliare deberent, occasionem sument dicendi, haec omnia nihil aliud esse, quam daemorum praestigia, vel inania vacuae mentis ludibria, aut hypocrisis tui damnabiles effectus. Ecce quae forte non aequo patieris animo. Certe non solum aequa, imo etiam hilari mente haec et alia quaeque pro Christi amore usque ad mortem pati ambit, semperque optat pati, aut mori. O Theresia, duo adhuc durissima tibi supersunt portanda tormenta: unum ex parte ignari et insipientis confessarii (1), qui ob inanes rationes ab optatissimi Eucharistiae Sacramenti sumptione toto tibi biennio te prohibebit: aliud ex parte Christi Salvatoris, qui, ut te tanquam auram in fornace probet, toto pene viginti annorum spatio internis consolationibus et sui intima te privabit familiaritate; quo tempora tantas animi patieris ariditates, ut nec tantillum devotionis saporem sentias, quin contra tunc taedia, anxietates et molestias omni martyrio longe diiores patieris. Vide, an animo firmo et constanti haec duo sis perpessura. Haec utique et alia quaevis pro Christi amore usque ad mortem perferre vult virgo sacra; semperque aut pati, aut mori desiderat. Theresia speciali quadam ratione Christi sponsa censetur; ad ipsam enim Christus veniens, dixit: *sponsabo te mihi in sempiternum, sponsabo te mihi in justitia et judicio, in misericordia et miserationibus* (Osee 2). Advertit autem ipsam Theresia, quod Christi sponsa, quae ejus amore vere accenditur, clamat: *da mihi, Domine, labores et persecutiones et vere haec desiderat* (concept. amor.

(1) Il tamen omittit prudens concionator, vel aliqua congrua locutione temperabit; nec enim omnia vera omnibus sunt propalanda; cum et ipse Christus dixerit discipulis: *Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modo* (Jo. 16). N. E.







(lib. de Virg.): Theresia etenim castitate sua fuit virgo paucissima; et amor Dei, quo succendebatur, eam bonorum operum prole fecundissimam reddidit. De amore sacro præclare dixit Doctor Angelicus, quod *operatur magna et reputat parva; operatur multa et reputat pauca; operatur diu et reputat breve* (opus. 61). En vero qualis Theresiæ extiterit amor, pro Christo enim magna, mirabilia, ac quasi impossibilia operabatur hæc virgo, et tamen ea tamquam nihilum reputabat; pro sponsi amore tot et tanta operabatur, ut a bono opere nunquam cessaret, et tamen præ amoris magnitudine ea paucissima censebat. Hæc tandem pro Dei amore operata est diu, quia usque ad mortem sanctissimis semper incubuit operibus, et tamen brevissimum hoc ei tempus videbatur; propterea dicere solebat: *in æternum, in æternum eum Christo gaudere, o quam desiderabile! Nullus labor, nullus dolor, nulla sanguinis profusio pro hac æternitate est detrectanda.* Videt jam unusquisque vestrum vero operantem extitisse Theresiæ amorem. Attamen nobiliores adhuc amoris operationes elucet in arduo illo voto, quo se adstrinxit ad ea semper facienda, quæ perfectiora et ad majorem Dei gloriam spectantia cognosceret. Parum ei videbatur, quod triplex Deo holocaustum per triplex religionis votum obtulisset; quartum holocaustum, illudque perfectissimum ei offerre voluit, altissimum illud emittens votum, quo spondit, se in qualibet re facturam id quod perfectius judicaret. Sciebat Virgo præclara, sponsum suum Christum ea semper peregissee, quæ ad majorem Patris gloriam spectabant, et ideo amore ejus succensa, eumque imitari desiderans, omnia ei vorit opera, voritque, quod in quolibet casu id operari eligeret, quod ad majorem ejus gloriam redundare censeret. O nobilissimum et altissimum hujus virginis votum, quod ipsa non nisi ex speciali Dei inspiratione elicere potuit! O votum perfectissimum et divini amoris fornice ortum, cujus virtute Theresia singulis vite suæ momentis id operabatur, quod sibi perfectius videbatur! Ecce quo sanctam hanc virginem duxit amor, quo in Christum ferebatur; ecce bona opera, quæ sanctus hic amor operatus est in illa.

Aliud adhuc superest Theresiæ opus omni admiratione dignum, quodque omnibus ævis mirabile censebitur; opus scilicet reformationis Carmelitarum; quod, licet multis impossibile videretur, heroico plane animo pro Christi amore suscepit et gloriose peregit. Impossibile videbatur, quod Theresia, humano omni destituta auxilio, inveteratam Carmelitarum vivendi consuetudinem immutaret, hujusque Ordinis filios et filias ad primævam et severiorem primorum Carmelitarum regulam et disciplinam adduceret. Jamvero amanti huic virgini non solum haud impossibile, imo nec difficile illud apparuit. Et rovera, benedictione data desuper, contigit, ut inops Theresia, solo Dei amore animata, duo supra triginta virorum et filiarum monasteria edificaverit. A tempore autem, quo ipsa e vivis excessit, hæc reformatio ad omnes terræ partes propagata est et innumera fundata sunt monasteria, in quibus virginis Theresiæ filii vigiliis, jeuniis, orationibus, aliisque omnium virtutum operibus indesinenter vacant, et magno spiritus fervore indesinenter incumbunt. Ecce maximum Theresiæ opus, ad quod adimplendum multa fecit, multa pertulit, gravissimasque a religiosis et sæcularibus, a doctis et ignavis, a magnatibus et plebeis passa contradictiones, amore Christi, quo ardebat, de his omnibus triumphavit suumque propositum gloriose complevit. Ecce potissimum sanctæ hujus virginis opus, a quo, velut a fecunda origine, infinita alia manant sanctitatis opera, quæ in celeberrima hac reformatorem utriusque sexus familia ad mundi finem fient. Unde jure asseritur quod per hanc reformationem amor Theresiæ usque ad extremi judicii diem in filiis operabitur. Votum quod ipsa emiserat de his omnibus semper agendis quæ ad majorem Dei gloriam spectarent, grande quidem ejus opus extitit; quid tamen amplius adverteo in Ordinis Carmelitarum reformatione. Istud haud dubie maximum fuit Theresiæ opus, quia altissimæ hujus reformationis institutione sancta hæc virgo non solum omnia opera sua, verum omnia etiam ab ejus filiis usque ad mundi finem peragenda opera Deo obtulit. O magnum Theresiæ in Christum amorem! magnus quidem quia non otiosus, at maxima operans et ardua

quæque suscipiens. Igitur hæc virgo sacra Christum amavit amore operante; *amavit etiam eum amore languente.*

## II PAIRS.

*Sancta Theresia Christum amore languente.*

Seraphim de celo missum Seraphicæ Theresiæ cor et viscera quasi ignito transfixisse jaculo narrat ipsamet, dicens: « pleuit Deo, hanc semel mihi visionem exhibere. Videbam angelum sinistro meo lateri propinquum, miro decore fulgentem in forma corporali, vultuque flammeo. Videbaturque mihi ex illis sublimioribus esse qui toti ignei sunt et accensi, forte de his qui Seraphim dicuntur. Gerebat autem manu jaculum aureum et latum, cum cuspidè ignita: *hoc jaculum aliquoties visus est flegere cordi meo et viscera omnia transperdere et extrahere* ». Ex hac autem amoris sagitta et ex felici hoc vulnere manarunt magna amoris incendia, extasos multe, tantique cordis languores, ut sponsi sui amore Theresia continue mori videretur: quod ipsa testatur, dicens: a tempore quo vulnerata et quasi sagitta cordi transfixa, videbatur mihi mori desiderio Deum videndi et nesciebam ubi debebam reperire hanc vitam, nisi per mortem; nihilque, nisi Deus ipse poterat desiderio meo ardenti satisfacere: *quod mihi tantam languoris violentiam inferebat, ut anima mea a corpore divelli videretur* (vite S. Theres. 19). Christus nec in corpore, nec in anima aliquem sensit dolorem, cum *anus militum lancea latus ejus aperuit* (Joan. 19): enim jam mortuus erat Salvator, cum tale ei inflictum est vulnus. Jamvero dolor actualis, quem tunc sensit Christus, si vivus fuisset, transisse videtur ad Mariam Virginem et ad Theresiam. Transiit ad Mariam, de qua prophetaverat Simeon, dicens: *tuum ipsius animam pertransibit gladius* (Luc. 2, 35); transiit etiam ad Theresiam, quæ tot dolores pertulit, cum Seraphim confodit cor ejus, ut omnes ejus vene, arteriæ, aliaque corporis partes dissolvi viderentur. Hi dolores transierunt ad Mariam, ut ipsa

dolorum Christi fieret participes et transierunt ad Theresiam, ut ipsa Christi et Mariæ passionibus associaretur. Ex ejusmodi doloribus quos pertulit Maria, increverunt amoris languores, quibus cor ejus angebatur; et ex doloribus quos pertulit Theresia, cum ab angelo transfixa est, tantus amoris languor ad eam manavit, ut præ nimio quo afficiebatur languore, anima ejus ex corpore continue extrahi et avelli videretur. Cum anima amore Christi vulneratur desiderio eum videndi, eoque fruenti languet. Tunc dolet simul et gaudet; magno tunc exteriùs afficitur dolore et itidem maximum interiùs percipit gaudium; tunc, divina sic disponente sapientiâ, duo contraria in eodem supposito reperiuntur, nimirum magna suavitas dolori magno sociatur. Hanc Job vir sanctissimus in seipso expertus contrarietatem, clamabat ad Dominum: *mirabiliter me crucias* (Job. 10): quia a Deo cruciabatur et consolabatur, simulque dolorem et suavitatem in se experiebat. Hæc quidem videntur inexpertis mirabilia et quasi impossibilia; experientia tamen, necnon omnium contemplativorum doctrina comprobatur, quod cum anima amore vulneratur, hoc amoris vulnus dolorem simul et suavitatem spiritualem secum afferat: *dolorem*, quia vulnus est: *suavitatem*, quia vulnus amoris est. Quod perfectissime experta est Seraphica Theresia, quæ a tempore, quo cor ejus ignito jaculo fuerat perforatum, doloribus simul et gaudiis afficiebatur, dulcedinem simul et amaritudinem degustabat, acerbis torquebatur dolorum stimulis et mirabilibus spiritus delicis potiebatur: *tanta*, inquit, *junctim amore et dolore me inflammatam reliquit, ut in gemitu et lacrymas penitus solverer. Sed huic dolori et amori, admirabili consortio, ita indicibilis suavitas jungebatur, ut non possem non amare hunc dolorem, penamque meam et talem transfixionem non desiderare* (ubi sup.). O felicem plagam! O vulnus optabile! O languorem amabilem! quo simul cruciatur et dilectatur virgo Theresia. Filias Jerusalem, id est animas sanctas, enixe rogat et adjurat sponsa sacra, ut annunciet dilecto, quod ipsa ejus amore languet: *adjuro vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum, ut nunciatis ei, quia amore*



*languet* (Cant. 5, 8). Quæ est causa languoris, quo afficitur sponsa? Non alia quidem, quam sponsi sui absentia. Si enim sponsum possideret, amore illius non langueret; ideo languet, quia sponsum absentem videre et possidere ardentissime cupit. Unde Rupertus Abbas præfata exponens verba, sponsam sic loquentem inducit: *languet amore sponsi, quia præ magno vidende faciei ejus desiderio, maximum tedium patior et animo gemituoso suspiriosas præsentis exilii moras sustineo*; languet ergo sacra sponsa a magno videndi sponsum, eoque fruendi desiderio; et hæc fuit etiam potissima causa languoris, quo concitabatur sancta Theresia: languet, quia sponsum Christum ardentè amat et videre desiderabat, tantumque languorem ex hoc desiderio patiebatur, ut singulis momentis morientium penas et languores pati videretur: *videbatur mihi mori*, inquit ipsa, *desiderio Deum videndi*. O animam vere amantem! O sponsam sponsi amore vere flagrantem! *Dilexit multum* Theresia, quoniam amore patiente, operante et languente amavit. *Dilexit multum* amore patiente: heu! quam gravia pro Christo passa est! *Dilexit multum* amore operante: heu! quam multa, quam magna, quam mirabilia pro Christi gloria operata est! *Dilexit multum* amore languente: heu! quales languores, quantas spirituales infirmitates, quantaque cordis deliquia sensit et pertulit! Jamvero o fratres, si Christum dilexit Theresia, debemus et nos eum diligere, quia *qui non diligit, manet in morte* (Joan.). A nobis non exigit Deus, ut dæmonia ejiciamus, montes transferamus et alia miracula operemur; id unum postulat, ut ipsum diligamus, quo nihil facilius, dulcius nihil, nihil optabilius; ideo tota mente, toto corde, tota anima eum diligamus. *Dilexit eum* Theresia amore patiente, eodem et nos eum amore prosequamur. Illicitis non indulgeamus voluptatibus, post carnis concupiscentias non eamus; verum, abnegantes nosmetipsos, crucem Christi animo volenti feramus et quicquid durum in via salutis occurrit, libenter patiamur pro amore ejus, qui pro nobis pati, crucifigi et mori voluit. Amemus eum amore patiente: *ac simul amemus eum amore operante*. Salutis nostræ opus operatus est Christus et

ad illud implendum bonis operibus continue incubit; bona et nos opera pro ejus amore continue faciamus: deviantes opera tenebrarum, bonis operibus indesinenter insistamus. Post mortem sequuntur nos opera nostra, et si fuerint mala, nos sequentur et persequentur: si autem bona fuerint, nos sequuntur et pro nobis loquentur, ac a Deo coronam gloriæ pro nobis postulant. Igitur bonis operibus indesinenter incumbamus et dum tempus habemus, pro Dei amore operemur bonum. Imitemur Theresiam, quæ Christum amavit amore operante; *ac etiam amore languente*. Dei amore non languent peccatores, qui illum non amant; Dei amore languere non possunt, cum enim nullo modo diligant. Quare si in nobis talem languorem non sentiamus, timeamus, ne in mortali peccati statu delitescat anima nostra: si talem languorem non putiamur, languemus ex hoc quod non languemus: si talem in nobis non experiamur languorem, ploremus, ingeniscamus et a Deo supplices petamus, ut amoris sui igne corda nostra ita urat et amoris sui sagittis ita confodiat, ut terrena cuncta despicientes, amore ejus in terris langueamus, nosterque hic amor in æternam perseveret in gloria Amen.

## DE SANCTO PETRO DE ALCANTARA

## CONCIO PRIMA.

*Vir Dei sanctus est ille* (IV Reg. 4). ®

Sicut in ordine nature insolitos et a communibus providentiæ suæ legibus aberrantes effectus nostris nonnunquam oculis Deus objicit, ita in ordine gratiæ pereximia et supra modum sublimi sanctitate fulgentes quandoque nobis proponit viros, qui omnipotentis ejus gloriæ predicant et mirabiliter superexaltant. Sanctus Petrus de Alcantara, unus procul dubio



*languet* (Cant. 5, 8). Quæ est causa languoris, quo afficitur sponsa? Non alia quidem, quam sponsi sui absentia. Si enim sponsum possideret, amore illius non langueret; ideo languet, quia sponsum absentem videre et possidere ardentissime cupit. Unde Rupertus Abbas præfata exponens verba, sponsam sic loquentem inducit: *languet amore sponsi, quia præ magno vidende faciei ejus desiderio, maximum tedium patior et animo gemituoso suspiriosas præsentis exilii moras sustineo*; languet ergo sacra sponsa a magno videndi sponsum, eoque fruendi desiderio; et hæc fuit etiam potissima causa languoris, quo concitabatur sancta Theresia: languet, quia sponsum Christum ardentè amat et videre desiderabat, tantumque languorem ex hoc desiderio patiebatur, ut singulis momentis morientium pomas et languores pati videretur: *videbatur mihi mori*, inquit ipsa, *desiderio Deum videndi*. O animam vere amantem! O sponsam sponsi amore vere flagrantem! *Dilexit multum* Theresia, quoniam amore patiente, operante et languente amavit. *Dilexit multum* amore patiente: heu! quam gravia pro Christo passa est! *Dilexit multum* amore operante: heu! quam multa, quam magna, quam mirabilia pro Christi gloria operata est! *Dilexit multum* amore languente: heu! quales languores, quantas spirituales infirmitates, quantaque cordis deliquia sensit et pertulit! Jamvero o fratres, si Christum dilexit Theresia, debemus et nos eum diligere, quia *qui non diligit, manet in morte* (Joan.). A nobis non exigit Deus, ut dæmonia ejiciamus, montes transferamus et alia miracula operemur; id unum postulat, ut ipsum diligamus, quo nihil facilius, dulcius nihil, nihil optabilius; ideo tota mente, toto corde, tota anima eum diligamus. *Dilexit eum* Theresia amore patiente, eodem et nos eum amore prosequamur. Illicitis non indulgeamus voluptatibus, post carnis concupiscentias non eamus; verum, abnegantes nosmetipsos, crucem Christi animo volenti feramus et quicquid durum in via salutis occurrit, libenter patiamur pro amore ejus, qui pro nobis pati, crucifigi et mori voluit. Amemus eum amore patiente: *ac simul amemus eum amore operante*. Salutis nostræ opus operatus est Christus et

ad illud implendum bonis operibus continue incubuit; bona et nos opera pro ejus amore continue faciamus: deviantes opera tenebrarum, bonis operibus indesinenter insistamus. Post mortem sequuntur nos opera nostra, et si fuerint mala, nos sequentur et persequentur: si autem bona fuerint, nos sequuntur et pro nobis loquentur, ac a Deo coronam gloriæ pro nobis postulant. Igitur bonis operibus indesinenter incumbamus et dum tempus habemus, pro Dei amore operemur bonum. Imitemur Theresiam, quæ Christum amavit amore operante; *ac etiam amore languente*. Dei amore non languent peccatores, qui illum non amant; Dei amore languere non possunt, cum enim nullo modo diligant. Quare si in nobis talem languorem non sentiamus, timeamus, ne in mortali peccati statu delitescat anima nostra: si talem languorem non putiamur, languemus ex hoc quod non languemus: si talem in nobis non experiamur languorem, ploremus, ingeniscamus et a Deo supplices petamus, ut amoris sui igne corda nostra ita urat et amoris sui sagittis ita confodiat, ut terrena cuncta despicientes, amore ejus in terris languemus, nosterque hic amor in æternam perseveret in gloria Amen.

## DE SANCTO PETRO DE ALCANTARA

## CONCIO PRIMA.

*Vir Dei sanctus est ille* (IV Reg. 4).

Sicut in ordine nature insolitos et a communibus providentiæ suæ legibus aberrantes effectus nostris nonnunquam oculis Deus objicit, ita in ordine gratiæ pereximia et supra modum sublimi sanctitate fulgentes quandoque nobis proponit viros, qui omnipotentis ejus gloriæ prædicant et mirabiliter superexaltant. Sanctus Petrus de Alcantara, unus procul dubio

fuit ex viris portentosa illa sanctitate micantibus, qui in Ecclesia fulsit, sicut in Templo Dei, et cujus sanctitas mundo, angelis et hominibus admirandum spectaculum facta est: *spectaculum factus sum mundo et angelis et hominibus* (1 Cor. 4). Heroicam et pereximiam illustrissimi hujus viri sanctitatem delineare mei nunc est propositi; et sicut Seraphim in caelo, essentialem Dei contemplantes sanctitatem, extra se rapti indesinenter clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus* (Isa. 6), ita et ergo, sancti Petri portentosam admiratus sanctitatem, in tota hac concione continue dicam et libenter clamabo, eum esse virum sanctissimum: *vir Dei sanctus est ille*. Videamus ergo, quam magna, quam excelsa, quam supereminens et portentosa Petri fuerit sanctitas. *Ave*.

Hominis cujusque justi sanctitatem inspicio in corde ejus, in Dei manu et in hominum aestimatione. Illam inspicio in corde hominis justii, qui illam possidet: *in manu Dei*, qui illum fovet, multisque beneficiis afficit: *in aestimatione hominum*, qui sanctitatem in aliis plerumque honorant et venerantur. Praeclara quidem in mundo extitit sanctitas beati Petri de Alcantara; atvero ut altiore et sublimiorem ejus ideam mentibus vestris ingerere valeam, velim, ut mirandi illius minoritae sanctitatem consideremus in corde ejus, in Dei manu, et in hominum aestimatione. Sanctitatem perfectissimam cor ejus possidet; sanctitatem ejus Dei manus fovit, magnisque donis et beneficiis prosequitur; sanctitatem tandem illius homines aestimant et plurimum venerantur. Quae omnia ut clarius pateant, dicamus, quod *vir Dei sanctus est ille*: sanctus quidem Petrus de Alcantara, et sanctitas ejus 1. magna noscitur in se et in corde ejus; 2. magna apparet in manu Dei; 3. magna in hominum aestimatione.

## I PARS.

*Beati Petri sanctitas magna est in se et in corde ejus.*

Magna quidem in se Petri sanctitas, eamque altissimam et eminentissimam extitisse multa probant; verum sanctitatis ejus excellentiam et celsitudinem, tantum auspicabor a contemptu terrenorum, a corporis mortificatione et a conformitate voluntatis suae cum divina: dicamque, altissimam et perfectissimam ejus fuisse sanctitatem, quia terrena desepxit, carnem mortificavit et voluntatem suam divinae conformavit: 1. quia terrena desepxit, ut coelestia amaret; 2. quia carnem mortificavit, ut illam spiritui subiceret; 3. quia voluntatem suam divinae conformavit, ut unus cum Deo spiritus fieret.

1. Quicumque ad sanctitatis et perfectionis apicem ascendere cupit, a terrenis omnibus cor suum solvat necesse est: omnis enim qui creature corde et affectu adheret, ad Deum et ad divina se erigere nequit: nam sicut ad aera et nubes volare nequit aquila, quae vel unico vincula ligamine in terra detinetur, ita qui entibus creatis corde et affectu adheret, ad Deum et ad perfectionis culmen conscendere non valet. Quod probe noverat sanctus Petrus de Alcantara, et ideo ut ad altiore sanctitatis gradum ascenderet, terrena omnia desepxit et pro nihilo habuit. Avita fulgebant nobilitate; multarum futurus erat heres divitiarum; voluptatibus multis frui et ad eminentiores saeculi dignitates sublimari poterat: haec omnia contempsit, abiecit, fugit et veluti vilia excrementa aspernatus est, ut Christum lucrificaret et ad omnis sanctitatis fastigium conscenderet: *omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucrificarem* (Philip. 1). Salubre sanctus Petrus de Alcantara est secutus consilium Tertulliani dicentis, terrena omnia inspicienda veluti mella veneno infecta, vel sicut mella, quae in extremitate baculi venenati nobis libanda offeruntur: *omnia*



*prorsus habe, ac si stillicidia mellis cum baculo delibares venenato (de spectac.).* Vir enim ille sanctissimus, terrenorum omnium suavitatem, ut veneno infectam respexit; ac sicut a cibus, quantumvis exquisitis et suavis quisque abhorret, cum veneno infecta noscit, ita Petrus terrena omnia, quantumvis mellita et suavia, despexit et exhorruit, ut iis ablegatis, totum se Deo consecraret et altiori perfectioni acquirendæ accuratius incumberet. A pueritia gustaverat, quam suavis sit Dominus; vix enim sextum ætatis annum attingerat, cum in templo trans in extasim raptus fertur. Ex tunc autem angusta, exilis, vana et contemptibilis ei visa est omnis creatura; ex tunc omnia creata despexit, dicens, quod *qui Deum in corde suo cernit, omnia visibilia negligit*. Sicut terrena ista ut vilissima et amoris sui indigna respiciunt angeli, qui Deum in cælo videntes, ab ubertate domus ejus inebriantur, ita sanctus Petrus, qui gustaverat, quam suave sit adherere Deo et qui cælestibus voluptatibus jam ab infantia inebriari meruerat, terrena omnia despexit, ablegavit et quodam cum horrore aspexit; totumque se amoris cælestium consecravit. Magna ergo cer Petri præstilit sanctitate, quia terrena despexit, ut cælestia amaret; ac etiam, *quia carnem mortificavit, ut eam spiritui subjiceret*.

2. Corporis mortificationi sedulo inebuerunt quicumque altiori sanctitati comparandæ studuerunt: hi carnem suam ad prava declinare et deliciis se dedere minima passi illam simul cum vitiis et concupiscentiis crucifixerunt: *qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* (Gal. 5, 24). Quod in primis fecit sanctus Petrus de Alcantara, qui acerbis, insolitis et portentosis mortificationibus corpus suum allixit, vexavit, crucifixit et pene crucidavit. Durum et durum panem ei ad victum præbebat, cui diebus festis herbas et legumina sine condimento addebat, et interdum cinere, et absynthii amaritudine quidquid boni saporis superat, penitus tollebat. Non semel constitit, tres aut octo dies sine ullo cibo transigisse; nusquam vino usus, vix aquam usque ad satietatem sorbebat. Unica solum hora singulis no-

ctibus somno indulgebat: asperimur flagellis qualibet nocte usque ad sanguinis effusionem corpus domabat; unde corpus ejus ita extenuatum et macidum evasit, ut aridæ radici sancta Theresia illud simile fuisse dixerit. Vir tandem ille sanctissimus, instar sancti Macharii, corpus suum (tamquam publicanum inspiciēbat, ac ut publicanum et inimicum vexabat: *sic publicanum meum tracto, quia vexantem me vexo* (Sur. 2 Jan. et 10 Apr.). Adversus hunc inimicum aperto Marte decertans Petrus, illud somno, cibo, omnique sensibili solatio privebat: hyberno tempore in frigidissimum balneum illud quandoque immergebat; viginti annos natus bractea ferrea illud induit, a qua ita sauciabatur, ut a planta pedis usque ad verticem nulla in ejus corpore sanitas appareret: toto demum vite tempore infusus corpori suo, tam dire in illud sævit, ut mutatus illi sit in crudelem: *mutatus est mihi in crudelem*. Crudelis fuit oculis, quos ad doloris et amoris lacrymas emittendas milites induxit; crudelis capiti, quod cum operire nunquam soleret aut solis aestu adustum, aut geli, niveque aspersum plerumque habebat: crudelis toti corpori, quod ab adolescentia dirissima persecutus omni mortificationum genere vexavit, ut illud spiritui subjiceret, atque ad altissimam sanctitatem pervenire hæud moraretur. Petrus autem jam sanctus ex eo quod corpus suum mortificationibus multis domierit, *sanctior etiam evasit dum voluntatem suam divinæ penitus conformavit*.

3. Dei voluntas est omnis sanctitatis regula: tantum enim sancti et perfecti sumus, quantum divinæ voluntati conformes efficiuntur. *Sanctus* est, qui ita divinæ voluntati conformatur, ut omnia ejus mandata religioso servet: *sanctior*, qui adeo illi coheret, ut non solum mandata, verum et consilia evangelica studiosè custodiat: *sanctissimus*, qui tanta ipsi adheret conformitate, ut in omnibus et semper id agat, quod Deus eum velle et facere intendit, et cum Christo dicere possit, *que placita sunt ei, facio semper* (Joan. 8, 29). Sanctus autem Petrus eximiam et superexcellentem hanc simulatam sanctitatem, voluntatem



suum adeo divinæ conformavit, ut non solum Dei præcepta et evangelica consilia perfectissime servaverit, verum in omnibus quæserit, quæ esset Dei voluntas bona, beneplacens et perfecta; ac in omnibus et semper hanc Dei voluntatem adimplere studuerit: pravis Petrus non regebatur hominum consuetudinibus: carni non adhærebat et sanguini: corruptis mundi moribus et fallacibus prudentiam sæculi rationibus non dirigebatur; nam Dei voluntatem in omnibus scrutabatur. Quid ab ipso Deo desideraret, semper explorare conabatur, totusque divinæ voluntati adimplenda versabatur et continue incumbebat. Sicut primum mobile alios celorum orbis motu suo trahit, ita Dei voluntas erat quasi primum mobile, a quo semper trahebatur Petri voluntas: unum enim et idem Dei et ejus erat velle et nolle: idque in omnibus volebat, vel nolēbat Petrus, quod Deum velle, vel nolle cognoscebat. Unde sicut dicunt philosophi, Dei concursus esse unum et idem cum actione creature, ita de Petro merito assertitur, voluntatem ejus ita divinæ fuisse conformem, ut in omnibus suis operibus quasi una et eadem Dei et ejus esset voluntas, dum in omnibus Dei voluntatem explorabat et quantum humana patitur fragilitas, accurate adimplebat. Ergo dicendum altissimam et perfectissimam exitisse Petri sanctitatem, cum terrena desperavit, corpus mortificaverit, suamque voluntatem divinæ penitus conformaverit. Magna igitur in se Petri sanctitas reputanda; *magna etiam in manu Dei, qui sanctitatem ejus pluribus donis et beneficiis affecit.*

## II PARS.

*Beati Petri sanctitas magna est in manu Dei.*

Deus qui dat omnibus affluenter, liberalem in primis se exhibet erga sanctos suos, quos etiam in hoc mundo benedictionibus replet, spiritualibus donis afficit: ac præter gratias communes quas nulli denegat, specialioribus et eminentioribus eos beneficiis honorat et ditat. Aliis enim orationis spiritum

communicat, sapientiæ donum aliis impertit et aliis potestatem miracula operandi confert. Jamvero Dei manus erga sanctum Petrum liberalissima ostenditur, ideo quia ut sanctitatem ejus magnificaret et exaltaret, modo eminentissimo ei soli simul dedit 1. orationis et contemplationis spiritum; 2. sapientiæ et intelligentiæ donum; 3. Gratiam miracula et prodigia operandi.

1. Orationis et contemplationis spiritus est donum descendens a Patre luminum, quod Deus quibus vult et quando vult, communicat; quod Deus modo quodam eminentissimo largitus creditur S. Petro de Alcantara; ipse namque ferventissime semper oravit et non deficit; ipse omni tempore et loco purus ad Deum manus per orationem levavit; eique orare et respirare unum et idem fuisse videbatur. Cum enim nec duabus horis integris qualibet nocte dormiret, reliquo noctis tempore orationi vocabat; per diem vero spiritum Deo semper habebat intentum, dumque externis negotiis incumbere cogebatur, mente et oratione ita Deo adhærebat, ut similis videretur angelicis spiritibus, qui cum ad hæc terrena descendunt, semper ante Deum adstant, nec unquam ab essentiæ divinæ contemplatione feriantur. Non solum continuè, etiam ferventissime oravit sanctus Petrus; ita enim ferventes fuerit ejus orationes, ut sæpe ignitus, totusque transformatus appareret ac mutatus in eum, cum quo crucifigi ardentissime cupiebat. Tanto etiam spiritus fervore in oratione accendebatur, ut pluries multis a terra palmis elevatum conspiceretur corpus ejus. In choro orans et in Dei contemplatione extra se raptus, superno movente spiritu, aliquando usque ad laquearia sublimabatur. Nonnunquam cum in terra provolutus juxta arborem aliquam orare cœpisset, mox ad supremos arboris ramos, quasi arvis, volabat. Dum in itineribus contemplationi intentus esset, non semel cum viatores a terra elevatum viderunt. Eum crucem in horto conventus Pedrosi devotis oculis contemplantem, sursum ferri et in aëre coram ipsa suspendi, fratres aliquando conspexerunt. Cum de altissimis Eucharistiæ et Incarnationis loquebatur mysteriis, in extasim sæpe rapiebatur; ac ita frequentes ei erant extases et corporis a terra elevationes, ut corpus ejus gravitate et pondere

carere, penitusque spirituale videretur. Unde si de Elia dixerit Chrysologus, quod *continuacione jejuniū defæcatus a carnali pondere volavit ad cælum* (serm. 21), nome de sancto Petro de Alcantara pariter dicendum quod abstinentis et dimturnis jejuniis ita corpus suum defæcaverit, ut quasi spirituale effectum, in orationum fervore ad sublimia facie elevaretur? Id sane de sancto Petro jure assertur, ac de eo etiam latendum, quod ei Deus dederit orationis spiritum. *Addamus, quod sapientiæ et intelligentiæ donum ei Deus contulerit.*

2. Petrus, ut alter Salomon, a Deo supplex petiit sapientiæ spiritum: *invoçavi et veni in me spiritus sapientiæ* (Sap. 7). Hunc sane Petrus obtinuit spiritum, qui illi sub signis sensibilibus datus fertur, cum candidissima visa est columba, quæ exiit ejus circumvolitans, humoreque deinde residens, auri illius restrum immisit, quasi cœlestem sapientiam ipse a Deo infundi monstraret. Et revera Petrus hoc sapientiæ spiritu plenus, difficiliores, quæ in theologia agitantur quæstiones, facilitate et claritate admirabili explicabat; abscondita cordium penetrabat et conscientiarum secreta cognoscebat, ac futura multa prophætico spiritu prævidebat et prædicabat. In veteri testamento, qui sapientiæ et prophætiæ spiritu a Deo ditabantur, vocabantur *videntes* et ad illos tamquam ad homines abditæ quævis clare agnoscences, quisque propebat; *canus ad videntem* (I Reg. 9). Petrus quidem dicendus unus ex illis viris sapientibus et videntibus, cum multa regni cœlestis arcanæ, altiori christiænæ religionis mysteria, reconditos cordium recessus, casusque futuros mirum in modum agnovêrit. Hic verè fuit homo videns et prævidens respectu sanctæ Theresiæ, cum cœlestam illum spiritum a quo regebatur, perfectè novit et eidem superventura cæto prædixit. Illum videntem et prævidentem experti sunt alii, quibus quod in eorum latebat cordibus declaravit eoque de futuris multis præmonuit. Hic tandem extitit homo sapiens et videns, qui sapientiæ spiritu divinitus illustratus, altissimarum scientiarum, ac etiam cordium et futurorum conscius fuit. Itaque Deus ei orationis spiritum et sapientiæ donum contulit: *ei etiam potestatem miracula faciendi concessit.*

3. Innumeri triumphant in cœlo sancti, quorum sanctitatem hic in terris Deus manifestavit et pluribus magnificavit miraculis, quæ virtute divina operati sunt. Multi, dum in sæculo viverent, facti sunt omnium peripsema, nec externum aliquid fecerunt signum, quod hominum sibi æstimationem et reverentiam conciliarent; alii nonnulli, instar Protomartyris sancti Stephani, fecerunt prodigia et signa magna in populo, ac hominibus se commendabiles exhibuerunt *signis, prodigiis et virtutibus* (2 Cor. 12): quoniam dedit eis Deus potestatem operandi miracula, quæ videntur quasi lingue cœlestes, a quibus sanctitatis eorum prædicabatur et quasi sigilla divina, a quibus sanctitatis eorum veritas et excellentia confirmabatur. Unicum nunc inspicio sanctum Petrum de Alcantara, qui ut alter Thanaturgus, innumera et portentosa operatus est miracula, a quibus sanctitas ejus et confirmata et omnibus mirabilis evasit. De illo enim fertur, quod cum die quadam divina mysteria in aperto agro perageret, cadentemque a cœlo pluviam, nec unica gutta super ipsum et super populum sacrificio adstantem ceciderit. Aliquando cadentem a cœlo nives, mirabiliter in aère suspense, in modum testudinis tactum quoddam efformarunt, sub quo vir sanctus ruri pernoctavit, ac hyberni temporis acerbilitatem et injurias declinavit. In magna siccitate copiosum præcibus suis a Deo imbrem obtinuit; magnos, rapidosque fluvios sicco pede pluries pertransiit; conventus unius incendio virtute magna occurrit, ferventiæque ad Deum habita oratione, ignem sine mora extinguere meruit; demersum in puteo infantem, injecta qua cingebatur chorda, miraculose extraxit; cæca mulieris oculos data benedictione protinus illuminavit; plures gravi morbo laborantes a mortis discrimine revocavit; pluresque alios ab immundis quibus vexabantur, spiritibus liberavit. Ut fratrum subveniret necessitati, nunc inlucum in terra baculum in frugiferam arborem divina virtute convertit; et nunc alios cibos miraculose a Deo ipsis dari impetravit. Hæc et alia, tot et tanta fecit Petrus miracula, ut vir portentosus extiterit, sanctitatemque ejus potestate faciendi miracula Deus vere comprobavit. Sanctitas ergo ejus magna fuit in manu Dei, qui san-



ctitatem ejus pluribus donis et beneficiis affect. *Demum magna etiam fuit sanctitas ejus in estimatione hominum.*

### III PARS.

*Beati Petri sanctitas magna est in estimatione hominum.*

Viri sancti nonnunquam ab hominibus ignorantur, despiciuntur et contempti habentur; sanctus Petrus de Alcantara, qui magnus exiit coram Domino, magnus etiam fuit coram hominibus. Sanctitas enim ejus mirum in modum ab hominibus aestimata et honorata noscitur in Hispania, in urbe Roma et in tota Ecclesia: 1. *in Hispania*, dum adhuc in humanis ageret; 2. *in urbe Roma*, cum sanctorum catalogo adscriptus; 3. *in tota Ecclesia*, postquam inter sanctos annumeratus est.

1. Quo magis latere, ignorari, abjici, et in presentii humiliari ambierunt viri sancti, eo saepius a Deo magis exaltari et glorificari meruerunt. Quod quidem in pluribus sanctis verissimum comprobatum, specialiter in humili Petro de Alcantara, cujus adhuc in terris viventis sanctitas ubique et praecipue in Hispania, non solum a vili plebocula, verum etiam a quibusvis magnatibus supra modum aestimata et honorata est, tum ob heroicis virtutibus, quibus floruit; tum ob mirandam potestatem portentosa operandi prodigia, quam a Deo habuit. De sancto Bernardo fertur, quod mortali carne indutus omnes sanctitate et scientia sua in admirationem raperet, quodque ipse solus esset, a quo nil aestimabatur et honore dignus non ceasebatur: *quem totus mirabatur orbis, solus ipse non videbat suae operationis, opinionisque splendorem.* Idem sane dicendum de sancto Petro de Alcantara, qui in Hispania vivens, dum omni se honore indignum censebat, ab omnibus Hispanici regni incolis supra modum honorabatur. Non solum regulares et urbium cives, verum episcopi, principes et reges eum venerabantur: viri scientia et sanctitate celebres ad illum, tanquam ad caelestis doctrinae magistrum properabant; primarii aulae pro-

ceres et duces juxta monasterium, in qua vir sanctus habitabat, doceros conducebant, ut ejus conversatione interdum frui vellent. Carolus V imperator, reges quoque Lusitaniae cum saepe advocabant, ut in gravissimis negotiis illum consulerent. Idem imperator et Joana Austriae Philippi II Hispaniarum regis soror, tanti eum faciebant, ut illum in confessorium et conscientiae suae moderatorem eligere voluerint, a quo munere obeundo ipse se humiliter excusavit. Tanta denique in Petro elucebat sanctitas, tanta virtus, tamque mirabilis prodigia operandi potestas, ut illum omnis Hispania admiraretur et veneraretur. Itaque Petri sanctitas aestimationem et honorem consecuta in Hispania, dum ipse viveret, *aestimata etiam et honorata est in urbe Roma, cum sanctorum catalogo adscriptus est.*

2. Cum Josephum super universam terram Aegypti constituit Pharaon, illum quidem maximo honore affecti in palatio suo, ubi tulit anulum de manu sua, et dedit eum in manu ejus, vestivitque eum stola byssina, et collo torquem auream circumdedit (Gen. 41). Non autem fuit satis Pharaoni, quod in palatio suo tantum Josepho honorem impenderit, voluit insuper, eum in universa civitate et in tota Aegypto honorari; ideo fecit eum ascendere super currum suum secundum, clamante praeco, *ut omnes coram eo genuflecterent et propositum esse scirent universae terrae Aegypti.* Quid simile fieri video in apothosi sancti Petri de Alcantara. Postquam enim a rivis excessit vir sanctus, in caelesti suo palatio cum Deo recepit, sublimavit, mirabili stola induit, ac gloria et honore coronavit: *gloria et honore coronasti eum, Domine.* Non tamen hic statim Dei erga illum benignitas, quod in caelesti aula Petrum exaltaverit et ineffabili honore affecterit; voluit insuper, eum in urbe Roma ab omnibus honorari, invocari, ut sanctum et Dei amicum agnosci, sanctorumque catalogo tanta pompa, tantaque solemnitate adscribi, ut nulla major fuisse videatur. Tunc illius virtutes, merita et sanctitatem in alma hac civitate examinari, notificari, approbati, circumferri et proclamari Deus voluit, ut certo scirent omnes, eum esse vere sanctum, et inter caelestes receptum; *ut eum omnes propositum esse scirent.* Petri ergo Sanctus aestimata



et honorata est in urbe Roma, cum sanctorum catalogo adscriptus est, ac etiam in tota Ecclesia postquam inter sanctos annumeratus est.

3. Petrum quidem multi venerabantur, antequam apotheosi donaretur, sanctorumque fastis adscriberetur; verum a tempore, quo ejus sanctitatem declaravit sancta romana Ecclesia, reges, principes, pontifices, omnesque fideles votis, invocationibus, supplicationibus, oblationibus et aliis multis modis eundem venerati sunt. Ab hoc tempore quisque novit virum hunc sanctissimum terrena despexisse, ut cœlestia assequeretur, carnem mortificasse, ut illa spiritui subjiceret; suamque divinæ voluntatem conformasse, ut unus spiritus cum Deo fieret; ab hoc etiam tempore quisque novit, ei a Deo collata fuisse sapientiam, contemplationis et miraculorum dona; ac sanctitatem in cœlo et in urbe Roma æstimatam et mirum in modum honoratam; quapropter totus orbis ecclesiasticus eum certatim veneratus est. Quis dicat, quot ab hoc tempore ad ejus honorem erecta sint altaria, quot ad ejus gloriam Deo oblata sacrificia, quot habitæ in ejus laudem prædicationes, quot facta Deo vota? Quis capiat, quanta reverentia, quantusque in universa Ecclesia honos ab omni generis personis ei exhibitus sit? Certe si omnia bene pensentur, quisque fatebitur, Petrum fuisse unum ex his Dei amicis, qui nimis honorati sunt: *nimis honorati sunt amici tui, Deus*. Nimis quidem honoratus videtur Petrus in sæculo, in urbe Roma et in universa Ecclesia; quid hæc vero respectu honoris, quo eum Deus afficit in cœlo? Quid transitorius quo ab hominibus afficitur honos, respectu immarcescibilem coronarum, quas in paradiso recipit? Modici quidem et quasi nullius momenti dicendi istius mundi honores præ illis, quos Deus sanctis suis in cœlo confert: *pauca quippe bona sunt omnia presentis vite, quantumlibet multa esse videantur comparatione retributionis æternæ* (S. Greg. ho. 9 in *Evang.*). O fratres, cœlestia ista inspiciamus bona; ad supernam hæc sanctorum gloriam toto corde anhelamus, et ut illa cum beato Petro de Alcantara obtinere valeamus, cum illo sanctificari studeamus. Non terreat nos peni-

tentia, quoniam nullius momenti sunt hujus mundi labores et molestiæ respectu cœlestis beatitudinis, quam speramus. Heu! si in hoc mundo pro comparandis corruptibilibus bonis nil non moliantur multi, cur pro ineffabilibus, immensis et æternis paradisi bonis assequendis strenue non laborabimus? Cur imitari non conabimur sanctum Petrum de Alcantara, cui dulces et suave fuit pro Christo pati, ut cœlestem hanc beatitudinem compararet? Homo erat ille, homines sumus et nos; idem illi et nobis offertur præmium, eadem merces, eadem beatitudo, eadem gloriæ; cur ergo cum illo per difficiles virtutis vias non incedemus? Cur arctas salutis semitas non tenebimus? Cur demum quiddam in Dei et Ecclesiæ præceptis durum invenitur, sedulo non perficiamus? Rogo vos, fratres, et per viscera misericordiæ Dei nostri obsecro, ut non deficiatis in via, utque accurate perficiatis quæcumque ad sanctificationem et salutem necessaria. Sancti estote, sicut ille cujus hodie solemnia celebramus et cum illo æternam obtinebitis beatitudinem in cœlo. Amen.

#### CONCIO SECUNDA.

##### *Pœnitentiam agite* (Matth. 3).

Nonne vestris insonat auribus salutaris illa vox, quæ e deserto egrediens, pœnitentiam inspirat? Nonne auditis Joannem Baptistam, e vastæ solitudinis recessu clamantem, ut vos ad veros pœnitentiæ fructus faciendos alliciat? Nonne corda vestra movent amabilia, simul et terribilia hæc verba: *pœnitentiam agite*. Qui talia fatur, est sanctus Christi Salvatoris præcursor, prophetarum maximus, anchoritarum princeps et pœnitentium antesignanus, qui ardenti succensus zelo, pœnitentiam vobis indicit, illamque necessario peragendam annunciat: *pœnitentiam*

*agite*. Innumera quidem habentur motiva, quae vos ad tam salubri consilio obtemperandum excitare debent, ex quibus unicum nunc vobis proponam, penitentiam scilicet sancti Petri de Alcantara, quae ita portentosa omnibus ipsam spectantibus et scientibus visa est, ut ipse merito penitentiae prodigium, speculum, prototypus, magister et exemplar appellari meruerit. Taceo erga nunc extases, mentis excessus, miracula, amoris incendia, humilitatem profundam, aliasque multas eminentes virtutes, quae in sanctissimo illo viro adhuc in saeculo viventi mirabiliter eluxere, ut de ejus penitentia dicam. *Ace*.

Innumeri a multis saeculis undequaque audiuntur praedicatorum, qui quo majori possunt zelo, salubres de penitentia ad populum habent conciones, et qui, quasi alii Christi praecursores, undique clamare non desinant: *penitentiam agite*. Attamen heu! paucis placent haec penitentiae monita; illo tonitru pauci intus commoveantur et ad penitentiam agenda pauci adducuntur, imo et multi repetitis hic vocibus magis et magis obdurantur et a penitentia operibus elongantur. Quamplures enim, auditis non semel ejusmodi concionibus penitentiam inspirantibus, ab ea ita abhorrent, ut eam timeant, fugiant, et condemnent: *penitentiam fugiant*, quam sollicite inquirere deberent: *timeant penitentiam*, quae ab his summo affectu amplectenda foret et sectanda: *penitentiam damnant*, quam laudare et aliis inspirare tenerentur. O quam magna hujusmodi personarum perversitas! o quam alius ab his exiit sanctus Petrus de Alcantara! Hic enim nec fugit, nec timeo, nec damnavit penitentiam; quin contra hic vere exiit penitentiae amator, sponsus et praedicator. Fuit amator et bajulus penitentiae, qui eam sollicite quaesivit; fuit sponsus penitentiae, qui eam ardentem amplexus est; fuit praedicator penitentiae, qui eam aliis efficaciter inspiravit. Sanctus Petrus de Alcantara penitentiam quaesivit, penitentiam amplexus est et penitentiam faciendam aliis inspiravit: 1. penitentiam quaesivit magna sollicitudine; 2. penitentiam amplexus est ardenti fervore; 3. penitentiam inspiravit felici successu.

## I PARS.

*Sanctus Petrus penitentiam quaesivit.*

Ita acerbi, palato ita agrestes et insuaves videntur penitentiae fructus, ut ex his degustare, penitentiamque agere pauci queant. Sanctus Petrus de Alcantara penitentiam ita amavit, totoque affectu dilexit, ut eam sollicite quaesierit in saeculo, in claustro et in deserto. Eam quaesivit *in saeculo*, ubi raro invenitur; *in claustro*, ubi est communis, et *in deserto*, ubi est inevitabilis.

1. In mundo et his qui in saeculo vivunt communes et usitate sunt commessiones, ebrietates, vindictae, usurae, omnisque generis voluptates; ibi frequentantur illicita gaudia, homicidia, furta et omnia vitia; e contra vera penitentia ibi tam rara est et insolita, ut vix inveniat, qui ei adherere ambiat et quaerat. Et ideo Tertullianus mundum vocat, non *penitentiam*, imo *mortuorum habitaculum* (*de Resurr. carn.* 19), quoniam ibidem multi habitant peccatores per peccata sua spiritualiter mortui; pauci vero ibi inveniuntur, qui penitentiam amant et saeculo sectentur. In isto autem saeculo nequam, ubi tam rara habetur penitentiae virtus, eam sollicite quaesivit sanctus Petrus de Alcantara; cum enim adhuc esset juvenis et sub parentum cura in saeculo degerat, a mundo abhorrens cepit, ejus gaudia fugit, honores illius contempsit, divitiasque ejus pro nihilo habuit, ut penitentiam toto corde quaereret, eique summo affectu adhereret. A nobilibus pariter et divitibus ortum duxerat ille parentibus; in medio magnatum ab incubulis fuerat educatus; ridebat ei undique mundus, applaudebant ei mundi amatores; licentiores vitae occasiones minime ei doerant, imo et omnia ab ipso exigere videbantur ut gauderet cum gaudentibus, atque cum viris vito deditis, vitis et ipse indulgeret; at spiritu Dei edoctus in ipsa juvenili retate et in mundo commorans penitentiam amavit, penitentiam quaesivit et durioris penitentiae ope-



ribus vacavit. A Deo intus loquente audierat, quod *bonum est oiro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua* (Thren. 3, 27); propterea duro poenitentiae jugo ab adolescentia se subdidit, corporique suo crudele indicens bellum, illud debilitavit jejuniis, vigiliis vexavit, cruentavit flagellis, omnique mortificationis et poenitentiae genere illud affligere non destitit. Parum autem fuit Petro, quod poenitentiam quaesisset in saeculo, ubi raro colitur, *eam enim quaesivit etiam in claustro, ubi communis est.*

2. In claustro nil poenitentia communis, frequentius et usitatus nihil; ibi undique cruces, undique mortificationes; ibi continua paupertatis, humilitatis, patientiae, obedientiae et durioris poenitentiae exercitia. Unde varii ex sanctis patribus viros religiosos in claustro viventes ob poenitentiam quam sectantur, jam homines cruci affixos, jam martyres et jam mortuos viventes appellant: *estis vos quotidie morientes, et morte affecti* (D. Bern. in Psalm. *Qui habitat, s. 6*). En locum, in quo commune habetur poenitentiae exercitium; et en etiam locum, in quo eam studiose quaesivit sanctus Petrus. Mundo enim valedicens, conventum fratrum minorum exalceatorum, qui dicitur *de majorates*, adiit, ibique petito et sumpto probationis habitu, inter novitios et religionis candidatos sub magistri disciplina (vivens, brevi magnus poenitens et perfectus evasit minorita. In hoc fratrum reformatorum claustro, in quo poenitentia erat communis, poenitentiae non communi se addixit; ipse siquidem inter voluntarios illos pauperes omnium erat pauperrimus, inter hos humilitatis sectatores omnium erat humillimus et inter illos patientiae, obedientiae et poenitentiae cultores ille erat primus. In vigiliis, jejuniis, flagellationibus, omnisque generis mortificationibus ceteros ille vincebat, et si sibi ipsi, suoque zelo plus quam superiorum voluntati credidisset, gravioribus adhuc corpus suum afflictionibus vexasset; ille etenim semper tendebat in altum, ibat de virtute in virtutem, gravioribusque incumbere carnis mortificationibus semper magis ac magis optabat. Hic similis erat primaevis illis christianis, de quibus ait Tertullianus, quod semper graviora pro Christo pati desiderabant, quodque ad dura qua-

que pro ejus amore perferenda parati erant: *paratus ad omne supplicium (de pud. 20)*; ille namque ad duriores quasque mortificationes obeundas comparatus, imo et ad eas anhelabat, totoque cordis affectu eas exquirebat. A Deo nunquam mel consolationum, verum semper fel tribulationum petebat; ab illo cruces, mortificationes et exercenda durioris poenitentiae occasiones semper postulabat; nimis levia ei videbantur continua poenitentiae exercitia, quibus alii religiosi in claustro vacabant; nimirum ad graviora semper aspirabat. Et ideo postquam sanctus hic poenitentiae amator poenitentiam quaesivit in claustro, est communiter servatur, *eam solite quaesivit in deserto, ubi est inevitabilis.*

3. Deserto poenitentia est affinis; ipsum deserti nomen poenitentiam sonat; ipse locus qui hoc nomine appellatur, poenitentiam redolet; ac in hoc loco vivere et poenitere unum et idem esse videntur. Ut enim ait Doctor Seraphicus, *desertum locus est asperitatis*, id est poenitentiae et mortificationis, quia scilicet, mortificato et poenitentia in deserto censentur quasi inevitabiles. Hoc igitur loco poenitentiam quaesivit sanctus Petrus de Alcantara; zelo ejus cum parum videretur, quod eam in saeculo et in claustro quaesisset, divini amoris igne aestuans, in deserto, seu in loco horrois et vastae solitudinis eam solite exquisivit. Praefatum enim conventum, ac etiam provinciam in qua receptus fuerat, summi Pontificis auctoritate fultus, reliquit et in locum desertum secessit; ad interiora scilicet alienius montis, ubi pauperrimum et angustissimum conventum *de Petrosos* edificavit, ibique cum aliis quibusdam fratribus minoribus arduis et portentosis poenitentiae exercitiis pro Dei amore totum se dedit et consecravit. Amor, si verus sit, amantem ad ardua suscipienda et ad gravia pro Deo perferenda excitat et urget: *charitas enim Christi urget nos* (2. Cor. 5). Cum quis Dei amore sauciatur et ardet, nulla ei amplius quies inest; tali semper agitatus amore ad plura et majora, eaque duriora propter Deum perferenda semper excitatur: *Dei amor non sinit nos conquiescere* (Chrysol.) Eo ipso, quo alienius cor divino inflammatur amore, nil durum,



nil amarum, nilque ei difficile videtur; quin contra supplicia pro deliciis computat, graviore poenas velut favores recipit; ac cruce, poenitentiasque semper majores propter Deum portare ambit, ut enim ait Chrysologus, *nilil durum, nihil grave, nihil amarum computat amor verus* (serm. 40). Petrus autem hoc Dei amore succensus, parva, levia et quasi nulla arbitratatur poenitentiae exercitia, quibus in saeculo et in clauastro incubuerat; Idecirco in desertam et solitariam Ordinis Seraphici domum se recepit, ut ibi pluribus vacaret. Videamus mirandam poenitentiam, quam in hoc deserto obivit. Petrus enim non solum poenitentiam sollicito quaesivit, *cum etiam summo affectu amplexus est.*

## II PARS.

*Sanctus Petrus poenitentiam amplexus est.*

Cum omnes homines sint peccatores, poenitentiae operibus omnes vacare oportet, quia non ad aliud Deus peccatores in hoc mundo vivere sinit, quam ad hoc ut poenitentiam agant: *peccator nec ulli rei, nisi poenitentiae ratus* (Tert. de poen. 11). Ad hoc nascimur omnes, et militia est vita nostra super terram, quoniam adversus peccata, passiones et concupiscentias nostras per poenitentiam et mortificationem generose militare debemus, imitantes sanctum Petrum de Alcantara, qui suscepit et amplexus est 1. poenitentiam generalem et universalem; 2. poenitentiam severam et austeram; 3. poenitentiam prolixam et diuturnam.

1. Non uni solum, aut alteri poenitentiarum et mortificationum generi adhesit sanctus Petrus de Alcantara; poenitentiam ita universalem suscepit, ut unica ejus poenitentia alias omnes hominum poenitentium mortificationes et poenitentias complectatur. Si enim alii poenitentes prolixis se dedant vigiliis, ille unica dumtaxat hora cum dimidia singulis noctibus

somno indulget; si alii aliquoties in hebdomada jejunent, ille singulis hebdomadae diebus, diris carnem suam jejuniis vexat; si alii a quibusdam abstinent cibis, ille ab omnibus, excepto pane et paucis leguminibus, abstinet; si asperis ciliicis alii carnem suam affligant, ille bracteam ferream viginti annis corpori suo inhaerentem gestat; si aliqui rudi et obsoleta induantur veste, unica ille, eaque vilissima et asperissima usque ad mortem utitur tunica; si alii, spiritu mortificationis et poenitentiae ducti, sua frigoris acerbitati, aut caloris aestui nonnunquam corpora exponant, ille, sine aestate, sive hieme, detecto capite incedere solebat, unde aestivo tempore faciam solis ardore adustam gerebat, hyberno vero saepe caput gelu et nive ita aspersum habebat, ut crines et supercilia frigore congelata deciderent. Ille tandem in se uno omnia collegisse videtur mortificationum genera, ejusque poenitentia ita universalis est, ut unica ejus poenitentia alias omnes complectatur, atque quasi compendium et summa omnium poenitentiarum et mortificationum, quae ab aliis poenitentibus assumuntur. Sancti Joannis Baptistae poenitentiam plurimum commendat Chrysologus, utque explicet quam universalis fuerit, ait, quod poenitentiam egerit in victu, vestitu et loco: *Joannes victu, vestitu, loco, totus poenitentia formatus incedit* (ser. 167). Universalior videtur sancti Petri poenitentia, qui non solum poenitentiam egit in victu, vestitu et loco, veram etiam in omnibus, ita ut unica ejus poenitentia spectari queat velut epitome omnium poenitentiarum et mortificationum, quibus alii sancti corpora sua afflicterant. O quam universalis fuit Petri poenitentia! *et fuit etiam supra modum severa et austera.*

2. Fuit ille ex veris et magis illis poenitentibus, qui saepius odio habent; *verus poenitens est osor sui* (August.). Fuit ex illis poenitentibus, qui adversus semetipsos irascuntur et qui corpora sua velut infensissimos hostes inspicunt: *quid est aliud homo poenitens, quam homo sibi meti iratus?* (August.). Fuit ex illis poenitentibus, qui adversus sua corpora arma sumunt et bella inveniunt: spiritu enim poenitentiae succensus corpori suo, tanquam hosti infensissimo, crudele indixit bellum; dirissimis fa-

gellorum ictibus illud excoriavit, acerbis et continuis illud voravit jejuniis, sævissimo et immani illud cilicio indesinenter cruciavit, illudque acerbissimo quoque mortificationum et penitentiarum genere ita exagitavit, ut nullam unquam ei requiem dederit: *nullam dedit requiem corpori suo*. Sciebat Petrus, quod servo Dei et homini penitentiam sectanti *nil gloriosius, aut magnificentius, quam carnem suam in servitutem redigere* (Aurb. de offic. 56, 1): ideo corpus suum castigavit, flagellavit et per austeram penitentiam in tantam servitutem redegit, ut nullam ei dederit libertatem videndi terrena, audiendi iustitia, gustandi suavia et comedendi delicata, concupiscendi delectabilia, amandi illicita, aut aliquid indebitum adversus Deum et rationem machinandi; quin contra, illud ut hostem continue impugnavit, ut illud ut servum abiectissimum ad acerbissimos gravioris penitentiae labores condemnavit et subdidit. Imo tanta et tam austera ejus extitit penitentia, ut corpus suum, veluti magni cujusdam criminis reum gravissimis penis et suppliciis adjudicaverit. Damnatur aliquando rei ad flagella et ille corpus suum durissimis flagellis bis singulis noctibus cruciavit. Carceri mancipari solent rei et ille in cubiculo ita angusto habitavit, ut feretrum, vel sepulchrum magis, quam hominis viventis habitaculum esse videretur. Ad mortem nonnunquam damnatur alicujus criminis rei, et ille corpus suum ad mortem crucis damnavit et penitentia gladio interemit: *verus penitens veterem hominem gladio penitentia enecat* (Guerric. serm. de Purif.). Neque semel dumtaxat, sed et milies corpus suum ad mortem damnavit, vel potius morte continua illud enecavit; quid enim aliud erat vita ejus, quam perennis et continua mors? Vivere et mori, esse vivum et mortuum, quasi unum et idem in ipso erant; dum enim viveret, corpus ejus aridae radici simile magisque mortuum, quam vivens videbatur. En penitentiam maxime severam, ac ita austeram, ut nulla severior et austerior appareat; *ad hæc penitentia ejus proliza fuit et diuturna*.

3. Petrus minime accessit iis peccatoribus, qui postquam multa et gravissima perpetrarunt crimina, justitiæ divinæ cum

usura satisfacisse arbitrantur, si aliquorum dierum spatio levioribus quibusdam penitentia operibus vacaverint. Ille enim licet nunquam gravibus inquinatus criminibus, adeo gravem et diuturnam suscepit penitentiam, ut usque ad ultimum vite exitum durioribus penitentia et mortificationum exercitiis carnem suam affligeret. Non abiecit, nec longe a se ipso projecit penitentiam, imo vero semper circumtulit: et a tempore quo penitentiam suscepit, usque ad mortem nunquam illam dimisit: imo quo ætate fiebat protectior, eo in corpus suum efficiebatur sevirior; eo acerbiora ejus erant jejunia, eo prolixiores ejus erant vigiliae, eoque frequentiores et diriores alia ejus erant mortificationes; ita ut toto fore vite tempore et præcipue ab instanti quo in solitudinem secessit, penitentia ejus non tam hominis penitentis exercitium, quam jugæ martyrii fuisse videatur; martyrium sane fuit *horror quidem mitius, sed diuturnitate molestius* (S. Bern.). Heu! quam durum et asperum fuit Petro quadraginta vel quinquaginta annorum spatio vigiliis, jejuniis, flagellationibus, omnisque generis mortificationibus corpus suum continue vexare! Quam jugæ et prolixum duxit martyrium! Vel dicendum quod multiplex obierit martyrium, quia quotidie quasi moriebatur, sumque corpus per penitentiam enecabat. Unde cum D. Paulo dicere poterat: *quotidie morior* (2-Cor. 15, 31); quotidiana enim ejus penitentia, mors quotidiana et quasi continua erat. Miramini portentosam hanc, quam Petrus amplexus est penitentiam: hic autem vir sanctissimus non solum penitentiam est amplexus, *verum et aliis hominibus penitentiam agendam esse inspiravit*.

## III PARS.

*Sanctus Petrus agendam esse penitentiam aliis inspiravit.*

Veritas, quæ odium parere solet, tunc magis odio habetur cum dura et aspera obeunda suadet et inspirat, quia plerique jucunda et placencia, non autem aspera et terribilia au-



dicere amanti, dicuntque: *loquimini nobis placentia*. Petrus tamen, qui dura et dura pro Dei amore obibat, acerbos etiam poenitentiae rigores aliis praedicabat; ac felici successu poenitentiam agendam esse inspiravit 1. viris vitam religiosam sectantibus; 2. magnatibus in medio voluptatum viventibus; 3. omnis generis peccatoribus.

1. Variis poenitentiae exercitiis vacabant et addebantur Fratres Minores Custodiae Extremadurae, seu sancti Evangelii. Tamen sanctus Petrus de Alcantara hos reformatos magis reformare, et ad altiore vitam perfectionem adducere volens, arctiorem ac penitus extraordinariam poenitentiam iis inspiravit. Non solum iis dicebat: *poenitentiam agite*, hoc etiam jam faciebant; verum iis clamabat: *poenitentiam agite* modo insolito et extraordinario; ducite in altum et *amulminii charismata meliora*. Si usque nunc nudis pedibus cum solis sandaliis incessistis, in postremo projicienda etiam sandalia et nudis pedibus inter spinas, lutum et lapides incedendum; si usque nunc in pauperibus et parvis habuistis cameris, in futuro in talibus habitandum, quae corpora vestra vix capere possint; si praeterito tempore certis solum diebus vigilare, jejunare, flagellis vos caedere consueveristis, tempore futuro vestrae sunt protelanda vigiliae, vestra multiplicanda jejunia, durioribusque flagellationibus corpora vestra castiganda et domanda sunt. Multas addebant rationes, ut ad suscipiendam arctiorem hanc poenitentiam eos alliceret; hisque rationibus et crebris suis exhortationibus, neque mirabilibus vitae suae exemplis, extraordinariam hanc poenitentiam multis religiosis ita inspiravit, ut nil iis deinde magis placeret, in votis nil magis fuerit, quam austeram et insolitam hanc poenitentiam amplecti et perfecte sectari. Unde cum fratres plurimi et variae fratrum familiae, seu varii conventus suis his legibus se voluntarie subderent et arctam hanc poenitentiam sectari ambirent et peterent, alias nonnullas reformationis domos edificari curavit et Provinciae sancti Gabrielis instituit. Provinciae etiam sancti Joannis Baptistae originem dedit, multosque ex magnis illis poenitentibus et sublimis lujus reformationis fratribus ad varias Indiarum

nationes misit, ut illuc novam illam vivendi formam portarent, verbis et exemplis suis docerent. Quaro merito sanctus Petrus fratrum suorum apostolos vocari potest, quia suis concionibus et exemplis poenitentiam extraordinariam et vitam evangelicam iis inspiravit. Nec solum fratribus suis poenitentiam inspiravit, *illam docuit etiam saeculi magnatibus*.

2. Filio suo Jacobo benedicens patriarcha Isaac, dixit: *esto Dominus fratrum tuorum et incurrerit ante te filii matris tuae* (Gen. 27). Eadem autem benedictione Deus, qui omnium communis est Pater, sanctum Petrum de Alcantara facere et replere dignatus videtur; eum siquidem ita fratrum suorum dominum effecit, ut ante illum lubenti incurvarerit animo, illiusque voluntati suam quisque facile subderet et conformaret: quantumvis enim graves et insolitos iis inspiraret arctioris poenitentiae modos, ejus voluntati libenter obtemperabant. At majori adhuc benedictione repletum novimus eo quod non solum fratres et consodales suos, verum etiam reges, principes, duces, aliosque magnates, magnique nominis homines, tum sacris concionibus, tum privatis et salutaribus monitis, tum mirandis vitae suae exemplis, ad poenitentiam amplectendam efficaciter et feliciter adduxerit. Sanctus propheta Nathan, ut rogem Davidem adulterii et homicidii reum ad poenitentiam adduceret, eum varie ex parte Dei affatus est: *primo*, beneficia, quae a Deo acceperat, ei proposuit: *secundo*, arguit eum ingratitude, quia usus est adversus Deum, qui tot eum beneficiis affecerat: *tertio*, multa ei imputat est mala, si de perpetratis criminibus poenitentiam non ageret. Quibus auditis, ingenuit David et sua confessus est crimina, dicens: *peccavi*; ac tandem durae et pereanni poenitentiae se addixit. Eodem autem plane modo curiae Hispanicae magnates in concionibus et familiari conversatione alloquebatur sanctus Petrus de Alcantara; se gerebat ipse quasi alter Nathan a Deo missus, qui nunc beneficia, quibus eos Deus affecerat, illis objiciebat; nunc eorum iis exprobrabat ingratitude; et nunc imminente mortis, infernique pericula iis proponebat. Quibus verbis adeo terrebantur et commovebantur totius curiae primates, ut eorum plurimi vanitati et



luxu valedicerent; multi illicitis voluptatibus abrenunciarent, licentiori vitæ multi fræna ponerent, multique pœnitentiæ et omni virtutum exercitio se dederent. *Postremo sanctus Petrus de Alcantara non solis magnatibus, verum et omnium generis peccatoribus pœnitentiam efficaciter inspiravit.*

3. S. Petrus, magnus pœnitentiæ præco, potens opere et sermone, obstinatio et obduratio quævis impiorum corda mirabilibus, quæ exhibebat, virtutum omnium exemplis, efficacibus atque ignitis verbis, tundebat, emollebat et ad Dei obsequium inclinabat. His sancto succensus ardore, peccatores desperatissimos ad æternæ salutis viam facile reducebat: *neque tantum verbi Dei efficacia, et ipso proprii vultus pallore obstinata hominum corda ad Dei amorem convertebat.* O quam multos a licentiori vita revocavit! Quam multos ab inveterata peccandi consuetudine eripuit! Quam multos ab imminente æternæ damnationis periculo oduxit et ad cœlestia regna vocavit! Petrus abnebat ab his concionatoribus, qui non student prodesse, sed placere, qui lucent et non ardent; ab his qui non utilia, sed præclara, sollicitè exquisita et studiose concinnata populo proponere consueverunt: ille etenim seligebat concionum argumenta graviora, terribiliora et vehementiora, quas tanto spiritus fervore proferebat, ut quicumque illum audiebant, ad pœnitentiam et ad meliorem vitæ frugem adducerentur. Mihi audire videor pereximium hunc verbi Dei præconem, de formidandis Dei iudiciis, vel de sempiternis et importabilibus inferni suppliciiis coram populo virtute multa dicentem, ac peccatores sic cum B. Thoma a Villanova alloquentem: *peccavimus fratres, peccavimus, Deumque peccatis nostris offendimus; quare aut pœnitendum aut arduum (ser. Dom. 1 Adc.).* Cum certi sitis vos adversus Dei majestatem graviter peccasse, unum ex duobus a vobis necessario eligendum, scilicet aut in hoc mundo pœnitere, aut in inferno æternum ardere. Videte, quod ex his duobus eligatis. Procul dubio *melius est modicum pœnitere, quam perpetuo ardere.* Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ; ad modicum pœnitentini in hoc mundo, ut æternum non ardeatis in in-

ferno. His et aliis similibus verbis pœnitentiam peccatoribus inspirabat, et ad illam generose amplexandam eos alliciebat. O utinam mihi jam daretur desuper virtus pectora hominum induratorum concutiendi et peccatores ad pœnitentiam reducendi! O utinam sanctum pœnitentiæ spiritum auditoribus meis inspirare valerem. Fateor quod tali virtute ditari non merear; operetur Deus in cordibus vestris quod ei placitum fuerit; saltem clamabo, vobisque annuntiabo, quod, si peccastis, necessario pœnitendum est: *pœnitentiam agite.* Certum est, quod ad pœnitentiam agendam sola Petri exempla quemque adducere deberent. Si tamen hæc ad flectenda corda vestra non sufficiant, præfata hæc serio mente revolvite verba: *aut pœnitendum est, aut arduum.* Illa attente recogitate; deinde quod salubrius, vobisque melius videbitur, eligite, aut pœnitentiam scilicet, aut infernum: *aut pœnitentiam,* quæ paradisi januas vobis aperit; *aut infernum,* in quem æternum cruciandi projiciuntur omnes peccatores, qui pœnitentiam in hæc vita agere reuerint. Terrebit vos profecto infernus: pœnitentiam ergo agite, ut formidanda inferni supplicia vitare valeatis. Heu! quot nunc in tartareo clamant igne, petentes spatium pœnitentiæ, nec unquam illud obtinere valentes: pœnitentini ergo vos, dum datur vobis pœnitentiæ tempus, ne in æternum cum illis miseris clametis, postulantes pœnitentiæ tempus, et illud obtinere non valeatis: *pœniteamus, fratres, nec differamus, ne forte in die mortis queramus spatium pœnitentiæ et incipere non possimus (D. Bern. ser. ad frat.).* Pœnitentiam ergo agite et cito agite, ut inferni supplicia declinare et sempiterna paradisi gaudia obtinere valeatis. Amen.

## DE SANCTA URSULA

## CONCIO UNICA.

*Adducatur Regi virgines post eam* (Psalm. 44).

Moratorium omnium virtutum castitate nulla utilior, amabilior nulla, nullaque pulchrior et speciosior esse videtur: *est quidem utilis castitas*, quia corpus nobilitat, mentem laetificat, animam sanctificat, Deoque dignum efficit: *est etiam amabilis*, quia per eam animae ditantur, dignificantur et angelis assimilantur: *est tandem pulcherrima et speciosissima*, quia mirandum quendam splendorem in alias omnes virtutes effundit; et sicut lucem a sole sumunt omnes stellae, ita et omnes aliae virtutes specialem aliquem fulgorem a castitate percipiunt. Unde, sicut alia sidera omni luce carerent, nisi a sole illustrarentur, ita et humilitas, patientia, obedientia, omnesque aliae virtutes nullum sine castitate splendorem haberent et quasi lucere desinerent; *bonum opus non est aliquid sine castitate* (S. Greg. hom. 13 in Evang.). Sancta Ursula, cujus hodie festum colimus, fuit haud dubie una ex praeclearis illis virginibus, quae Christo Regi adducuntur; certoque constat, quod patientia, fortitudine, fide, spe, charitate et aliis multis virtutum donis his in terris effulserit: eorum virginalis ejus castitas alias ejus virtutes ita sublimavit, decoravit et nobilitavit, ut ab ea, velut a mirabili quodam sidere, suum omnem splendorem sumpsisse videantur; (ideoque de generosa, heroica et miranda ejus puritate totum hunc sermonem encomiasticum insinere proposui. Ave.

Non satis admirari possumus angelorum puritatem: si tamen serio scrutemur quae et qualis sit eorum puritas, quisque fatetur, eam esse sine praelio, sine triumpho et sine praemio. Eorum puritas *est sine praelio*, quia a nullis hostibus impo-

gnatur: *est sine triumpho*, quia nullus ibi triumphus, ubi nullum praerexit praedium: *est sine praemio*, quia non datur praemium nisi victoribus. Aliter vero loquendum de Ursulae puritate, quae in hoc angelica laudabilior et commendabilior videtur, quod non fuerit sine praelio, sine triumpho et sine praemio: *non quidem sine praelio*, cum a pluribus hostibus fuerit impugnata: *non sine triumpho*, cum eos omnes debellaverit et de iis gloriose triumphaverit; *non sine praemio*, cum pro transitorio certamine quod obiit, aeternam a Deo mercedem perceperit. Contemplerur jam et admiremur praemia, triumphos et praemia virginitatis sanctae Ursulae: praemia ejus fuere magna, triumphus gloriosi et praemia incomprehensibilia. Videamus Ursulae virginitatem impugnata, triumphantem et coronatam. Ursulae virginitas *impugnata*; Ursulae virginitas *triumphans*; Ursulae virginitas *premiata*; en tres hujus orationis partes.

## I PARS.

*Ursulae virginitas impugnata.*

Sicut in pace languet et saepe deficit, ita in certamine roboratur et perficitur virtus: tuncque magis coruscat, cum fortius impugnatur. Virginalis autem castitas haud extitit sine praelio in sancta virgine Ursula: impugnata enim fuit. 1. a carnis illecebris; 2. a regis blanditiis; 3. a tyranni suppliciis.

I. Demones, scientes castitatem esse animae decorem et per eam hominem angelicis meritis, e quibus illi deciderunt, coarctari, livore percussi invidiae, et insidias parant, omnibus conatibus eam impugnant; nullumque non movent lapidem, ut ad immunditiam nos provocent. Fortiora autem eorum tentamenta fiunt per carnis illecebras; in corpore enim nostro pravos et obscenos motus excitare conantur, ut ad libidinem nos alliciant: *diabolus movet libidinem, desideria carnis instigat* (S. Bern. medit. 15). Nec credendum, quod U-



## DE SANCTA URSULA

## CONCIO UNICA.

*Adducatur Regi virgines post eam* (Psalm. 44).

Moratorium omnium virtutum castitate nulla utilior, amabilior nulla, nullaque pulchrior et speciosior esse videtur: *est quidem utilis castitas*, quia corpus nobilitat, mentem laetificat, animam sanctificat, Deoque dignum efficit: *est etiam amabilis*, quia per eam animae ditantur, dignificantur et angelis assimilantur: *est tandem pulcherrima et speciosissima*, quia mirandum quendam splendorem in alias omnes virtutes effundit; et sicut lucem a sole sumunt omnes stellae, ita et omnes aliae virtutes specialem aliquem fulgorem a castitate percipiunt. Unde, sicut alia sidera omni luce carerent, nisi a sole illustrarentur, ita et humilitas, patientia, obedientia, omnesque aliae virtutes nullum sine castitate splendorem haberent et quasi lucere desinerent; *bonum opus non est aliquid sine castitate* (S. Greg. hom. 13 in *Evang.*). Sancta Ursula, cujus hodie festum colimus, fuit haud dubie una ex praeclearis illis virginibus, quae Christo Regi adducuntur; certoque constat, quod patientia, fortitudine, fide, spe, charitate et aliis multis virtutum donis his in terris effulserit: eorum virginalis ejus castitas alias ejus virtutes ita sublimavit, decoravit et nobilitavit, ut ab ea, velut a mirabili quodam sidere, suum omnem splendorem sumpsisse videantur; (ideoque de generosa, heroica et miranda ejus puritate totum hunc sermonem encomiasticum insinere proposui. Ave.

Non satis admirari possumus angelorum puritatem: si tamen serio scrutemur quae et qualis sit eorum puritas, quisque fatetur, eam esse sine praelio, sine triumpho et sine praemio. Eorum puritas *est sine praelio*, quia a nullis hostibus impo-

gnatur: *est sine triumpho*, quia nullus ibi triumphus, ubi nullum praerexit praedium: *est sine praemio*, quia non datur praemium nisi victoribus. Aliter vero loquendum de Ursulae puritate, quae in hoc angelica laudabilior et commendabilior videtur, quod non fuerit sine praelio, sine triumpho et sine praemio: *non quidem sine praelio*, cum a pluribus hostibus fuerit impugnata: *non sine triumpho*, cum eos omnes debellaverit et de iis gloriose triumphaverit; *non sine praemio*, cum pro transitorio certamine quod obiit, aeternam a Deo mercedem perceperit. Contemplerur jam et admiremur praemia, triumphos et praemia virginitalis sanctae Ursulae: praemia ejus fuere magna, triumphus gloriosi et praemia incomprehensibilia. Videamus Ursulae virginitalitatem impugnata, triumphantem et coronatam. Ursulae virginitalis *impugnata*; Ursulae virginitalis *triumphans*; Ursulae virginitalis *premiata*; en tres hujus orationis partes.

## I PARS.

*Ursulae virginitalis impugnata.*

Sicut in pace languet et saepe deficit, ita in certamine roboratur et perficitur virtus: tuncque magis coruscat, cum fortius impugnatur. Virginalis autem castitas haud extitit sine praelio in sancta virgine Ursula: impugnata enim fuit. 1. a carnis illecebris; 2. a regis blanditiis; 3. a tyranni suppliciis.

I. Demones, scientes castitatem esse animae decorem et per eam hominem angelicis meritis, e quibus illi deciderunt, coarctari, livore percussi invidiae, et insidias parant, omnibus conatibus eam impugnant; nullumque non movent lapidem, ut ad immunditiam nos provocent. Fortiora autem eorum tentamenta fiunt per carnis illecebras; in corpore enim nostro pravos et obscenos motus excitare conantur, ut ad libidinem nos alliciant: *diabolus movet libidinem, desideria carnis instigat* (S. Bern. medit. 15). Nec credendum, quod U-



mones, motus hujusmodi in carne solum infidelium et hæreticorum excitant: christianos namque virosque pios et castitatis amatores fortiter impugnant: *diabolus incessanter pios prosequitur; more leonis in sanctos descendit, contra eos fortissime rugit* (S. Bonav. serm. 5 de 1 Conf.). Imo et demones validiora sepe carnis bella movent adversus illos castitatis amatores et sectatores, qui speciali voto ad caste vivendum se adstrinxerunt; cum enim castitatem eorum fulgentiorem et perfectiorem esse conspiciant, ei magis invident et contra eos acriora carnis prælia excitant. Nullum ergo dubium, quin talia bella experta sit sancta virgo Ursula; qua utpote christiana et pia, a juventute, ut nonnulli asserunt auctores, suam Deo voverat virginitalatem. Certe Ursula, non secus ac D. Paulus et alia personæ etiã sanctiores, sensit legem carnis suæ eam ad carnalia provocantem et legi mentis repugnantem. Hæc si caro omnes ejusvis ætatis, conditionis et sexus ad certamen vocat et cum omnibus congressitur: *si nulla ætas, nullus quoque sexus libertatem sibi castitatis audeat polliceri* (A Kempis ser. 7 ad frat.): si, inquam, a carnis illecebris impugnentur omnes, quanto magis ab eis impugnata virgo Ursula, qua erat nobilis, juvenis, speciosa, e regio sanguine orta, ac a regibus in sponsam desiderata et expetita! Ursula quidem censenda quasi altera Sunamites, in qua aderant ebori castrorum, seu, in qua vivebant quotidiana contra castitatem certamina ipsi a sua carne, tanquam ab infensissimo et domesticò hoste illata: *quid videtis in sunamite, nisi choros castrorum?* (Cant. 7). Dum Ursulæ castitas impugnatur a carnis illecebris, *impugnari etiam contigit a regis blanditiis*.

2. Cum Maximus imperator ex Anglia, seu Britannia majori in Gallias ingenti Anglorum exercitu stipatus migrasset et Britanniam minorem, seu Armoricam, uberem quidem, sed habitatoribus vacuum regionem invasisset, eam anglis militibus inhabitandam concessit. Jamvero ut novi illi coloni per ea loca matrimonio sociarentur, ad Dionethum, Britannicæ majoris regem et Ursulæ patrem mittitur solemnî legatio, pro postulanda Ursula in sponsam filii imperatoris *Maximi*, et

pro petendis undecim mille virginibus tot anglis militibus, in Britannia minori commorantibus conjugio foderandis. Nil duxerunt negandum imperatori; quapropter delectæ sunt et Londini collectæ undecies mille virgines, quarum principem locum tenebat Ursula. Omnes invitæ ad navigia ducuntur, omnes invitæ a nativo solo avelluntur; dumque nauæ solvunt Britanniam minorem versus, a procella ad Germanicum littus impelluntur. Hunni autem, qui pro Gratiano adversus *Maximum* mare illud incurabant, videntes hæc adolescentulas, in illas ut in futura hostium feminas irruerunt, et contra illas sevitia simul et libidina pugnantur. Cum autem, hortato Ursula, mortem pati potius delegissent, quam virginæ pudoris ferre dispendium, hi barbarico incensi furore, armis in eas ut in hostes insiliant, trucidantque omnes, excepta Cordula virginæ, quæ in navi se occultavit, et Ursula, quæ speciali Dei providentia superstes remansit. Quam intuens Giula Hunnorum rex, ejus amore captus et exarmatus, nequaquam de illa occidendi cogitans, verbis amatoriis et blanditiis multis virginæam ejus castitatem impugnat. Conqueritur D. Paulus de interiori bello, quo afflictabatur: *intus pugnae*. Atvero beatæ Ursulæ virginitas impugnata fuit intus et foris: *intus*, ab importunis carnis illecebris, quæ militabant adversus ejus animum: *foris*, a rege Hunnorum, qui virginæo et mirando hujus adolescentulæ decore captus, manum sustinuit, compressit iram, atque a ferro et cæde abstinens, ad amatoria et ad blanditiis declinavit, verbisque suavibus et blandis virginalem ejus castitatem impugnavit, dicens: gaudeo, o virgo speciosa, quod tuis consodalibus superstes fueris: miror in te innatam pulchritudinem, quæ cor meum jam es depredata: vicisti me, non armis, sed specie tua; jamque cogito de nuptiis tecum ineundis. Gloriosum tibi erit, desponsare Hunnorum regem, Germaniæ dominantem et totius fere Europæ victorem. Faustissima tua erit sors, quod jam a ferro et cæde liberata, regium consendas thronum, soeptrum dextera garas, meique imperii consors efficiaris. Propterea oblatum tibi honorem respicere non debes: non felicitatem spernere, quæ ultro sese tibi offert: oblatum ergone recusas connubium, quo inito, gloria,

divitiis, deliciis affluens? sis, queso, sponsa mea et sponsum tuum me accipias. O qualia tela adversus virgineam Ursulae castitatem inflicta! O durum et urgentissimum certamen ab hac virgine sustinendum! Ursula in terra aliena, humano omni destituta auxilio, in faucibus mortis posita, a rege potentissimo in sponsam desideratur; et adhibitis quibusque blanditiis, ab eo de matrimonio inuendo rogatur et quasi compellitur: o gravem pugnam! O quam fortiter impugnatur Ursulae virginitas! Ejus autem virginitas impugnata a regis blanditiis, postea tentata fuit a tyranni suppliciis.

3. Ursula namque oblatum sibi ab Hunnorum rege connubium recusavit, ejusque blanditias et promissa parvipendit, dicens: se virginitatem vorisse, se Christo coelorum regi jam spiritualiter desponsatam, nec alium sponsum in terris habere velle. Meus sponus, inquit haec virgo purissima, est aeterni Patris Filius, hujus mundi conditor, totiusque generis humani Redemptor; ipsi me devovi, ipsi servabo fidem, nec alium unquam sponsum admittam. Haec, vel alia his similia ab Ursula prolata verba aegro audiens animo Gula, subito alius a seipso est effectus, et qui antea ut rex et ut amasius, blanditiis pluribus Ursulae virginitatem impugnaverat, in tyrannum totaliter mutatur. Amor ejus in odium transit, ac blanditiis in furem et supplicia convertuntur: absque ulla namque mora paravit arma, arcum inflexit et sagittam in sacra virginis corpus vibravit: e quo simul cum animo pio et nobili virgineus sanguis gloriose manavit. Fatui duo illi senes, qui erant etiam iniqui et libidinosi iudices, Susanna pulchritudine capti, ejusque quasi amore ebrii; eam ad adulterium perpetrandum inducere statuerunt. Proinde exorta occasione, in qua Susanna se in pomario solum credebat, duo illi senes qui in eo latebant, ad eam accurrunt, utque illam ad suae consentiendum voluntati inclinent, dicunt ei: *ecce ostia pomarii clausa sunt et nemo nos videt, et nos in concupiscentia tua sumus; quamobrem assentire nobis et commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum juvenis (Daniel, 13).* Hoc audiens insons et castissima Susanna, ingemuit, dicens: *angu-*

*stiae sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras.* O quam grave intentatur bellum adversus Susanna castitatem! cum ad tales redigatur angustias, ut quasi necessario debeat a conjugali castitate cadere, aut ad mortem damnari. Jamvero non minus gravi, imo et graviori certamine impugnata videtur Ursulae castitas. Ipsa enim ad has redacta angustias, ut aut virginitatem, aut vitam necessario perdere debeat, unum ex duobus prestare cogitur: aut regi Hunnorum connubio jungi, et sic virginitatem perdere: aut ejusdem in tyrannum mutati experiri supplicia, et sic vitam perdere. O quales angustias! O quam graviter in hoc certamine impugnatur Ursulae virginitas! Impugnata fuerat carnis illecebris et regis blanditiis, et gravius tentatur tyranni suppliciis. Ecco Ursulae virginitatem impugnatam: *videamus nunc virginitatem ejus triumphantem.*

## II PARS.

*Ursulae virginitas triumphans.*

Omnes virginitatis sanctae Ursulae hostes ad hoc tendebant, quod ipsa in virginitatem non perseveraret, quod ipsa non Christi, verum hominis terreni fieret sponsa, et quod non spirituales tantum, at naturales filios generaret. Ecce quo dirigebantur omnia adversariorum hujus virginis certamina. Attamen in his omnibus sanctae Ursulae virginitas triumphavit, quia licet a carnis illecebris, a regis blanditiis et a tyranni suppliciis impugnata ipsa tamen 1. in virginitate perseveravit; 2. ipsa non hominis terreni, sed Christi sponsa fuit; 3. ipsa non naturales mundo, sed spirituales Christo fetus edidit.

1. Omnia, quae Ursula passa est, certamina, eo spectabant, ut quae virgo erat, virgo esse desineret, et ut virginitatem, quam illesam servaverat, perderet. Insurgunt adversus eam caro, reges et tyranni, ut angelicam ejus maculent virginitatem; de his omnibus gloriose triumphat beata Ursula, quae, non ob-



stantibus quibusque eorum insultibus, virginitatem illibatam et illasam servat. Sciebat virgo sacra, quod castitas est *thesaurus niveus* (D. Thom. de regim. princ., 5, 51), quare thesaurum hunc solite custodivit, nec unquam niveam suam puritatem ab hostibus ejus quomocumque maculari permisit. De mirò quodam animali referant historici, quod ex naturali propensione ipsa puritatem diligit, et a sordibus ita adhorreat, ut mori malit, quam sordibus quibusque deturpari, unde hæc et appropriatur tessera: *malo mori, quam fedari*. Ursula autem voluntate et virtute hoc egit, quod brutum illud animal ex nativa propensione efficit: ipsa siquidem maluit gravia obire certamina, dira supplicia perpeti, et acerbos mortis perferre dolores, quam quomocumque pollui et virginitatem suam quantumlibet sanciare. Impugnavit eam caro cum suis illecebris: aggressus est eam Gula, tum blanditiis, tum minis et suppliciis, et Ursula semper et ubique pro virginitate fortiter decertavit, ac de inimicis ejus ita gloriose triumphavit, ut in virginitate semper perseveraverit, nec ab ea vel in minimo dellexerit: ad hæc triumphans etiam dicenda Ursulæ virginitas, *quia præclara hæc virgo, non hominis terreni, sed Christi semper sponsa permansit*.

2. Virgo, quæ virginitatem vovet, Christo nubit, et *Christum sponsum suum facit* (Tert. adv. Marc., 4 11): beata Ursula igitur, quæ Christo virginitatem suam voverat, haud innupta manebat, cum Christum in anime suæ sponsum accepisset. Ursulæ sponsus erat Christus Deus et homo, sponsus simul et virgo; hic est unicus sponsus, quem ipsa sibi elegerat. Gula tamen Hunnorum rex, eam desponsare optans, eam blanditiis, minis, suppliciis, omnibusque artibus ad nuptias secum incedas allicere conatur: de his Ursulæ virginitas gloriose triumphat, quia fortiter Gulæ resistit hæc virgo, nec alium admittit sponsum, quam Christum semper virginem et virginum sponsum. Sicut sponsa corpus suum et cuncta quæ possidet, sponso tradere solet, ita et Ursula se, suaque omnia Christo sponso suo consecravit. Sicut sponsa, cum matrimonium init, sponso se devincit, dicens: *accipio te in meum*; ita et Ursula, vovens

virginitatem, totaliter et indissolubiliter se Christo devovit, eumque in unicum animæ suæ sponsum accepit, nec alium unquam admittere voluit. Veniant legati, ut eam in sponsam principum postulent; ipsi reges blanditiis et suppliciis eam, quantum voluerint, ad legitimum cum ipsis matrimonium incedum allicere conentur; vanæ evadent eorum preces et inutiles eorum conatus; de his enim omnibus triumphat Ursula, quæ solum Christum in sponsum admittit; huic sponso se totam devovens, dicit cum sancta Agnetæ virgine: *non alium amatorem admittam*. O vere triumphantem Ursulæ virginitatem! O quam gloriose hæc virgo triumphat de virginitatis hostibus; cum non hominis terreni, at Christi solum sponsa esse voluerit. Dein Ursulæ virginitas fuit etiam triumphans, *quia sancta hæc virgo non mater carnalis filiorum, sed mater spiritualis multarum virginum exstitit*.

3. Omnes virginitatis sanctæ Ursulæ hostes eo spectabant, ut ipsa a virginitate cadens, cum homine terreno nuptias iniret, filiosque carnaliter procrearet. Igitur quoad hæc omnia triumphavit ejus virginitas; ipsa namque simul et virginitatem illasam servavit hominis terreni nuptias respuens, et non filios carnaliter, verum multas virgines spiritualiter generavit; fuitque virgo simul et mater: *virgo* castitate, quam immaculatam custodivit, et *mater* spiritualis undecim mille virginum, quas adhortationibus, mirabilibusque suis exemplis Christo peperit. Unde sicut Christus dicitur martyrum Pater, quia verbis et exemplo suo ad constanter perferenda tyrannorum supplicia eos animavit, ita Ursula undecim mille virginum mater exstitit, quia exhortationibus, mirandisque suis exemplis ad virginitatem servandam, ac ad fortiter pro fide et pro castitate pugnandum eas excitavit. Mihi videre videor generosam hanc virginem, quæ constantia nobilitate et fortitudine invincibili aliis superior, eas ad generose dimicandum hortatur. Discurrit per varias harum virginum turmas: presentia sua, suis sermonibus, suoque exemplo cunctis addit animos, cunctasque ad fortiter pro fide et virginitate certandum concitat. Mihi audire videor generosam hanc tot virginum ducem, iis clamantem:  *nolite timere eos, qui*



*occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* (Matt. 10). Pereat corpus, modo servetur virginitas et salvetur anima: transibit dolor, felicitas vero, pro qua militamus, nunquam praeferibit. Gratias agamus Deo, qui ad duplicem virginitatis et martyrii lauream nos vocat. Caelum jam nobis aperitur et nos expectant sancti; gaudeamus quod brevi his associari debeamus. Terreni clauduntur oculi nostri, ut caelestia videant. Quam modica sunt hujus vitae supplicia respectu aeternae, immanse et ineffabilis illius beatitudinis, pro qua assequenda decertamus! Patiamur ergo non solum libenter, verum et gaudentur transitoria hujus mundi supplicia, ut aeterna paradisi gaudia consequamur. Haec, aut his similia Ursulae verba, quasi novum fuere Evangelium, quo undecim mille virgines Christo peperit: *per Evangelium ego vos genui* (1 Cor. 4). O quam fecunda mater est virgo Ursula! o quam pulchra et sancta ejus generatio! o quam pulchra est casta generatio cum claritate! (Sap. 4). Pulchra quidem et casta est Ursulae generatio, quia in virginitate perseverans, exstitit mater mirabilis, quae non aliquos solum filios, sed undecim mille virgines verbis et exemplis suis spiritaliter genuit. Ecce triumphos virginitatis sanctae Ursulae. Jamvero postquam ejus virginitatem triumphantem vidimus, eam praemiatam contemplerur.

## III PARS.

*Ursulae virginitas praemiatam.*

In hoc mundo tribulationes multas, graves persecutiones, mortemque acerbam et cruentam perpessa sancta Ursula, ut virginitatem illibatam servaret; post mortem celebrari meruit ejus virginitas in civitate Colonia, in universa Ecclesia et in caelo: 1. *in civitate Colonia*, ubi haec virgo honoratur; 2. *in universa Ecclesia*, ubi invocatur; 3. *in caelo*, ubi coronatur.

1. Postquam interierunt Ursula et aliae virgines sub ipsa militantes, civitas Colonia ab Hunnis barbaris obsessa, illarum

intercessione liberata fuit. Haec etenim virgines a multis vise sunt super muros civitatis dimicantes adversus ferocissimos illos hostes, eosque in fugam convertentes. Quapropter Colonienses cives caelesti lumine moniti Ursulae et sociarum ejus reliquias humi jacentes solite collegerunt, pie asservarunt, templumque edificarunt, in quo sacra haec pignora cunctis saeculis veneranda honorifice collocarunt: et ibi potissimum honoratur Ursula, earum dux et regina, cui specialiter attribunt Colonienses, quod a tempore, quo catholicam fidem receperunt, ab ea nunquam declinaverint. Unde in eorum Ecclesia decantari solet: *ex quo fidem recepisti, reciditica non fuisti, civitas praenobilis*. Ipse Deus continuo alio miraculo Ursulam et socias ejus in civitate Colonia honorare et honorari voluit in eo quod a tempore, quo earum corpora in loco coelitus designato fuere sepulta, ex speciali Dei providentia hic locus omnia alia corpora quae in eodem sepeliuntur, abiciat et quasi evomat. Portentosum quidem hoc est: traditione tamen habetur, experientia constat, et ab authoribus fide dignis fertur, quod Deus Ursulam et socias ejus taliter ibi honoret, ut terra in qua sepultae jacent, alia mortuorum corpora non admittat, et quasi continuo miraculo, corpora quae ibi sepeliuntur, abiciat et evomat. Ecce quomodo Ursula et sociarum ejus remunerata virginitas in civitate Colonia, ubi sic honoratur: *praemiatam etiam Ursulae virginitas in universa Ecclesia, ubi sancta haec virgo a fidelibus invocatur*.

2. Pro fide et virginitate fortiter decertaverat Ursula; itaque in premium certaminum et triumphorum ejus dedit ei Deus potestatem protegendi civitates, oppida, omnesque qui ad ejus confugiunt patrocinium, et eos praecipue, qui instante morte eam invocant: et ideo in Ecclesia invocari solet Ursula, ejusque implorant patrocinium fideles in variis necessitatibus et praecipue in hora mortis: utque Deus fideles ad honorandam in Ecclesia sanctam hanc virginem alliciat, innumera per intercessionem illius eis beneficia impendit, quorum multa recensentur ab authoribus, et quae hic non referam, ut brevitati consulam. Ut rex Assuerus Mardocheum, a quo grande perceperat beneficium,

condigno afficeret præmio, voluit, ut amictu regio indutus, re-  
 gisque insidens equo, per plateas et vicus civitatis duceretur  
 ab Aman, primo de regis principibus, clamante et dicente:  
*sic honorabitur, quemcumque coluerit rex: honorare (Esth. 6).*  
 Ecce præmia, quæ suis mundus largitur: dat eis volaticum hono-  
 rem momentaneam aliquam gloriam et transitoriam voluptatem.  
 E contra præmia quæ Deus Ursula in Ecclesia confert, magna  
 sunt ac solida, quia facit ut ad eam accurrant non solum  
 plebei, verum et ipsi principes, reges et imperatores, qui flexo  
 poplite, ejus implorant auxilium: eam enim Deus, quasi univer-  
 sale fidelium propitiatorium, in Ecclesia evexit. Dum autem  
 Ursula præmiatur in Ecclesia, ubi a fidelibus invocatur, *præ-  
 miatur etiam in cælo, ubi gloriose coronatur.*

3. Ad cælum enim Ursula, millenis stipata virginibus et an-  
 gelicis comitata legionibus ascendit, ut coronam gloriæ perci-  
 peret. Mox ut fato functa est Ursula, audivit anima ejus sua-  
 vem illam celestis sponsi vocem: *veni de Libano, sponsa  
 mea; veni de Libano, veni, coronaberis* (Cant. 5). Hanc vo-  
 cem et audiverunt sociæ ejus virgines. Proinde si olim vise sunt  
 triginta novem coronæ supra triginta novem martyrum capita  
 cadentes, dicendum, quod tempore quo martyrium passa est  
 beata virgo Ursula, undecim mille coronæ de cælo supra ipsam  
 et socias ejus descenderint, vel quod ipsæ ad eam, undecim  
 mille coronas accepturæ, conscenderint. Imo et plures, quoniam  
 quilibet ex his virginibus duplici corona, virginittatis scilicet  
 et martyrii laureata est. Nec duplex solum verum et triplex  
 Ursula data censetur, quia non solum, virginittatis et martyrii,  
 sed etiam doctoratus laureolam obtinuit. Laureola doctoratus in  
 cælo coronari meruit Ursula, eo quod fuerit magistra innumerarum  
 virginum, quas omnes, verbis et exemplis, altioris perfectionis  
 viam docuerat. Laureola etiam virginittatis coronata fuit, cum  
 enim pro Christi sponsi sui amore virginittatem illasam servas-  
 set, sponsum suum audire meruit, dicentem: *veni sponsa Chri-  
 sti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æter-  
 num.* Laureolam tandem martyrii accepit, quia gloriose pro  
 fide et virginittate sanguinem fudit. Igitur ratione triplicis

illius coronæ ter dixit ei Christus, ut coronanda ad cælum  
 veniret: *veni de Libano, sponsa mea; veni de Libano,  
 veni, coronaberis*: quasi dicat: *veni* sponsa mea, ut coroneris  
 laureola doctoratus: *veni*, ut coroneris laureola virginittatis:  
*veni*, ut coroneris laureola martyrii. O felicem nimium Ursu-  
 lam, quæ paucis laboribus tot coronas obtinuit, tantamque glo-  
 riam adeptæ est! O virgines sacre, quæ in hoc mundo vivitis,  
 magnum vobis instat certamen incedendum adversus infensos  
 castittatis vestre hostes: si vero de his triumphetis, maxima vobis  
 Deus præmia largietur; ideo sanctam imitantes Ursulam, estote  
 fortes in bello, ac ita generose pugnate, ut gloriose triumphetis.  
 Quælibet virgo, quæ in statu virginittatis perseverare vult, su-  
 mere debet arma justitiæ et strenue decertare adversus carnis  
 illecebras, hominum blandittas et demonum tentationes. Non  
 turpi otio indulgere, et in deliciis quiescere, quinimo indesinenter  
 jejuniis, orationibus et mortificationibus pugnare debent virgi-  
 nes, ut triumphare valeant. Non solum decertare debent ad-  
 versus carnem et æreas potestates, sed etiam contra externos  
 corporis sui sensus, ne divagentur; contra proprias passiones,  
 ne inordinatos motus excitent; contra sæculi voluptates, ne ad  
 peccatum aliciant; et contra offerentes munera, ne ab his cor-  
 rumpantur. Generose ergo et fortiter pugnate, ut de purittas  
 et salutis vestræ hostibus triumphantes, æterna in cælo præmia  
 consequi valeatis. Amen.

## DE OMNIBUS SANCTIS

## CONCIO UNICA

*Beati qui habitant in domo tua, Domine (Psslm. 83, 5).*

Nullus in orbe sublunari vere beatus reperitur beatitudine illa  
 perfecta, quæ omne malum, omnemque molestiam et miseriam  
 excludit. Teneat quis orbis totius imperium, cunctas terræ possi-



deat divitias, omnes hujus vite præsto sint ei voluptates, non ideo perfecto beatus erit: quin forte tot inter terrena bona multis laborabit ægritudinibus, anxietatibus plurimis lacinabitur, curarum obruetur agmine, nullaque vera quiete, vel solida pace perfruetur. Quis unquam regum æstimatus felicior Salomone, qui et pace, et gloria, et hujus vite deliciis præ omnibus abundavit? et tamen in his omnibus non felicitatem, sed vanitatem invenit; et ubi summa videbatur inveniri felicitas, nil nisi vanitatem et afflictionem reperit: *ecce universa vanitas et afflictio spiritus* (Eccl. 1). O quam cæci dicendi, qui in hoc mundo perfecta beatitudine potiri ambiunt! Non in hoc mundo, tantum in cælo habetur perfecta, et omnibus numeris absoluta felicitas; non beati censendi qui in terris, verum qui in cælo habitant: *beati qui habitant in domo tua, Domine*. Ibi beatitudine donantur, qui in hoc sæculo mites, pacifici et mundo corde fuerunt: ibi beati, qui propter regnum cælorum persecutionem passi sunt, qui omnium peripsema propter Christum haberi voluerunt et qui pro ejus honore gloriosam mortem obierunt; ibi tandem beati omnes Sancti, qui in perpetuas æternitates in domo Dei habitabunt et perfecta beatitudine gaudebunt. Qua ratione Sancti in cælo sint beati, nunc explicabimus. *Ade*.

Beati in cælo vident, amant et gaudent. Vident quidem Deum, quem facie ad faciem indesinenter contemplantur: *videbitur eum sicuti est* (2 Joan. 31). Amant Deum, quia charitas est virtus, quæ morte non destruitur, at in cælo perseverat: *charitas nunquam excidit* (2 Cor. 13). Gaudent tandem, quia dolores et afflictiones, quas in hoc sæculo perpassi sunt, gaudio æterno compensantur: *tristitia vestra vertetur in gaudium* (Joan. 16). Visio Dei intuitiva facit Sanctos in cælo felices; amor beatificus intuitivæ visioni junctus felicioras illos efficit; et gaudium ex visione et amore fluens, ultimum felicitati eorum dat complementum. Perpendamus nunc, et sedulo investigemus, qualis sit eorum visio, quantus eorum sit amor, quantumque illorum gaudium existat: ac dicamus, Sanctos qui in cælo habitant esse beatos: *beati qui habitant in domo tua, Domine*: 1. *beati sunt*, quia Deum vident; 2. *beati*, quia Deum

videntes amant; 3. *beati*, quia Deum videntes et amantes gaudent. Sancti in cælo beati sunt, quia vident, amant et gaudent; in tres hujus concionis partes.

## I PARS.

*Sancti in cælo sunt beati, quia Deum vident.*

Quandiu hic in terris moramur, Deum obscure solummodo et in ænigmate cognoscimus; Sancti in cælo eum intuitive et facie ad faciem vident: *videamus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem* (1 Cor. 13). Sanctorum intellectus tantum bonum de se et ex se perfecte contemplari non posset; Deus autem illum supernaturaliter elevat per lumen gloriæ, ejus virtute essentiam divinam intuitive et clare contempletur. Hoc est lumen admirabile, ejus auxilio sanctorum intellectus Deum, qui est lumen æternum, distincte et clare in se videt absque ullo interposito medio: *in lumine tuo videbimus lumen* (Ps. 35). Hoc lumine gloriæ illustratus et elevatus beatorum intellectus, Deum non obscure, non confuse, at clare, perspicuo et sicuti est in semetipso, videt: *videbimus eum sicuti est*. Non videt eum qualem nos imaginamur; eum intuetur qualis in se est, ita ut quilibet ex Sanctis ipsissimam Dei essentiam et potentiam ejus infinitam, sapientiam increatam, inexhaustam bonitatis abyssum, justitiæ et misericordiæ ejus arcana, omnes ejus perfectiones, totum denique Deum, prout se habet in semetipso, perspicue videat. Qui in præsentî hominè oculo corporeo videt, externam speciem videt, animam ejus, animæque potentias non videt: sancti vero in cælo simul cum Dei essentia omnes ejus perfectiones vident. Non solum vident ipsius essentiam infinitam, verum et magnitudinem ejus immensitatem, æternitatis durationem et impenetrabilem judiciorum ejus abyssum. Vident ejus omnipotentiam qua omnia condidit, sapientiam qua omnia delineavit, bonitatem qua omnibus se communicavit. Vident divinas personas, æternasque earum pos-



sessions: vident, quomodo Filius a Patre gignatur ut Verbum et in eo remaneat, quomodo Spiritus Sanctus a Patre et Filio procedat ut utriusque amor et in iis permaneat: quomodo Pater et Filius et Spiritus Sanctus personali distinguantur proprietate, ita ut sint tres hypostases, tres personæ per se subsistentes, et tamen una numero sit earum essentia, una divinitas, una potentia, sapientia una, unaque bonitas et majestas. Sancti Deum videntes, hæc omnia simul clare, immutabiliter et distincte vident, non diversis notionibus et visionibus, sicut nos illa concipimus; ipsi una simplici et lucidissima visione hæc omnia in Deo conspiciunt, sicut in ipso sunt. Et non solum hæc in Deo vident, insuper in Deo vident Incarnationis, Eucharistie, aliaque fidei nostræ arcana, quæ nunc non intelligentes credimus; hæc omnia oculis eorum patent et manifesta sunt, ita ut horum mysteriorum visio fidei succedat, ibique clare videant Sancti quod in hoc mundo crederant: *quid videbimus, nisi Deum et omnia quæ nunc non videmus credentes? Hic creditis, ibi videbitis* (D. Aug. de Civ. D. 20, 21). Nec solum in Deo sancti præfata vident; verum et in ipsa Dei essentia, seu *in verbo*, ut loquuntur theologi, omnia creata vident: *vident Verbum, et in verbo, facta per Verbum*. Nec opus habent, ut oculos ad creata reflectant, quia essentia divina est speculum infinitum omnia creata representans, in quo ea melius vident, quam in seipsis videri possunt. Igitur Deum contemplantes, in eo, veluti in speculo omnium creaturarum genera, earum species et virtutes, totius universi ordinem et structuram, omniaque creata vident, ita ut nihil eos lateat, saltem eorum quæ ad eorum statum, perfectionem et satietatem quocumque modo spectare possunt. Et ideo præclare dixit sanctus Gregorius, nil esse quod sancti in Deo non videant: *quid est quod non vident, qui videntem omnia vident?* (S. Greg. Dialog. 4, 33). O quam felices sancti in celo, qui Deum et omnia in Deo vident! Felices quidem sunt et ideo felices, quia Deum vident. Clara hæc Dei visio eos beatos efficit; ut enim in Sacra Scriptura legitur, *hæc est vita æterna, ut cognoscat te solum Deum verum* (Joan. 17). Regina Saba, audita Salomonis fama,

itineri se accinxit, ut illum videret; videns autem Salomonem, ejusque admirans sapientiam, quasi in extasim raptus est, ita ut non haberet ultra spiritum: *non habebat ultra spiritum* (III Reg. 10). Jamvero heu! quanto feliciores sancti in celo, qui non Salomonem solum, sed ipsum Deum intuitive vident et videndo possident. Nonnulli viri sancti Deum in hoc mundo transeunter videre meruerunt, aut saltem inter orandum altissima de Deo noverunt et aliquo modo degustarunt, quam suavis sit Dominus: tantaque ex hac Dei visione in corda eorum manavit dulcedo ut omnia hujus mundi bona despicerent, amara et insipida censerent, ac pro nihilo haberent. Postquam hi increatum illum divinitatis solem in mortali corpore per rimam, in speculo et per modum transeuntis intuitu sunt, tanta celestium deliciarum dulcedine sunt delibuti, ut eam sui pectoris angustiis continere non valentes, extra se raperentur. Quanto autem majori dulcedine perfunduntur sancti in celo, ubi jam non in ænigmatate et transeunter, verum clare et facie ad faciem Dei essentiam permanentiter contemplantur: *quid erit in patria, si tanta est copia delectationis in via?* (S. Bern. in declam.). Certe sancti in patria summe beati sunt, quia Deum vident. Qui Christum in terris cum hominibus versantem vel momento unico intuebantur, amore ejus incendebantur, ac faciem ejus semper magis videre peroptabant; ejus augustissima presentia rapiebat mortalium corda, dulcique violentia omnes spectantes ad se alliciebat. Testantur ipsam turbæ, quæ pluribus diebus nihil manducantes et quasi sui oblitæ, illum secute sunt. Testatur illud Petrus, quem in monte Thabor vel unicus glorificatæ faciei radius in extasim rapuit, adeo ut cæterorum omnium oblitus, dixerit: *bonum est nos hic esse* (Matt. 17). Testantur id Publicani et vectigalium exactores, quos divina sua presentia et radiantis vultus sui fulgore ad se attrahiebat. Testantur hoc reges Magi, qui cum eum in tugurio Bethlehemico conspexerunt, mox illum veluti Dominum adoraverunt. Testantur hoc meretrices publicæ, ac omnes penitus, qui Christum cum hominibus versantem videre meruerunt, quos *fulgor ipse et majestas divinitatis occulta ex primo ad se trahiebat aspectu*

(S. Hier. serm. 1 in *Matth.*) Heu! si Christus Homo, parvus, humilis et contemptibilis ad se trahere potuit universum mundum, quam vim attractivam non habebit in caelo, cum in majestatis suae gloria apparebit? Si Christus felicem effecit illum, qui in carnis nostrae infirmitate eum intuetur, quam non conferet felicitatem illi, qui eum radiis divinitatis fulgentem, et ut Deum, in aeternum contemplantur? Certe sancti, qui eum nunc in caelo facie ad faciem vident et quicumque eum videbunt per claram hanc ejus visionem sicut omni ex parte beati: *in visione tota merces* (S. Aug. de *Trin.*, 1, 9). O quam felices et beati omnes electi, qui Deum in caelo vident! o quam felices sunt clara hac Dei visione! o quam felices et nos erimus, si cum ipsis Deum aliquando videre mereamur! Illum procul dubio cum sanctis videbimus, si ei in hoc mundo fideliter servierimus. Faciamus modo quod ipsi fecerunt et in caelo videbimus Deum, quem ipsi vident, haecque clara Dei visione simul cum ipsis beati efficiemur. Sancti autem in caelo dum beatificantur Deum videntes, *beati sunt etiam quia Deum amant.*

## II PARS.

*Sancti in caelo sunt beati, quia Deum videntes amant.*

Licet nonnulli auctores docuerint, totam beatitudinis essentiam consistere in sola Dei visione, multi tamen eam in solo Dei amore constituent, et omnes fatentur beatitudinem sine Dei amore perfectam et completam non haberi; neque enim perfecte beatus esset qui videret Deum, si per absolutam Dei potentiam ab ejus amore impediretur. Quod claris et praclaris verbis assortit Doctor Angelicus, dicens: *ultimum bonum hominis esse, inhærere Deo per charitatem* (2, 2, q. 27, ar. 2 ad 3). Sancti quidem in caelo beati sunt Dei visione, non tamen sola: beati sunt non solum quia Deum vident, verum et quia Deum, quam intuitivo vident, amore beatifico prosequuntur, nec per solum Dei visionem perfecte beati forent,

nisi eum simul amarent. Etenim, ut fatentur omnes Theologi, beatitudo formalis consistit in perfecta unione vitali cum Deo; ad hoc autem ut quis perfecte cum Deo uniat, pariter requiritur, ut per intellectum, et per affectum ei uniat, quia non minus voluntas, quam intellectus immediate Deum attingit. Intellectus enim et voluntas sunt quasi duo brachia, quibus anima Deum complectitur; intellectus scilicet, per visionem et voluntas per amorem; ergo sancti in caelo Deo uniantur et beati efficiuntur sive per visionem et quia Deum vident; sive etiam per amorem et quia Deum amant. Aliam huic similem ad id probandum adduco rationem sumptam ex possessione Dei, qui est summum bonum. Nullus enim est qui non fateatur, beatitudinem formalem consistere in perfectissima et integra Dei possessione, eo quod nullus sine Dei possessione beatus fieri possit: *nec quisquam beatus est, qui non fruatur eo, quod hominis est optimum* (D. Aug. de *mor. Eccles.* 3). Dicat jam quis, quo possideatur Deus? Possidetur quidem et visione et amore: *videbis*, inquit Augustinus, *et amabis et totum habebis* (id. in *Psal.* 36). Non dicit solum: *videbis et totum habebis*; sed dicit: *videbis et amabis*, quoniam habetur et possidetur Deus, tum per visionem, tum etiam per amorem; intellectus per visionem et voluntas eum possidet per amorem. In Deo duo sunt principaliter distinguenda, summa videlicet ejus veritas et suprema ejus bonitas; omnes enim superadorandae Dei praecellentiae duplici hoc radio perfunduntur, ut vera sint simul et bone. Sancti autem in caelo contemplantur et amant; contemplantur summam hanc Dei veritatem et amant supremam ejus bonitatem: intellectus Deum possidet per contemplationem summam ejus veritatis et voluntas eum possidet per amorem supremam ejus bonitatis; ac proinde sancti in caelo fiunt beati non solum per Dei visionem, verum etiam per ejus amorem; non solum quia Deum vident, sed etiam quia Deum amant. Clarissima et efficacissima haec videtur ratio; alteram tamen adducam, quam sic enuntio. In hoc conveniunt omnes, quod Deus sit objectiva hominis beatitudo, seu quod sit objectum illud, cujus possessione homo



fit beatus. Sicut autem objectiva beatitudo reponitur in re omnium optima, ita et formalis beatitudo in operatione omnium perfectissima est collocanda; visio autem et amor Dei sunt operationes omnium perfectissimae, ut patet: ideo fatendum, beatitudinem non solum in visione, verum et in amore consistere. Imo beatitudo magis in amore, quam in visione Dei consistere videtur, quia formalis beatitudo, cum sita sit in aliqua animae operatione, magis principaliter constituenda videtur in operatione nobilissima, seu in actu amoris Dei, qui est operatio animae nobilissima, ut docet et probat sanctus Bernardinus hac ratione. « Sicut inter habitus viae, charitas est principale donum, ita et inter habitus patriae charitatis donum obtinet principatum; sed in patria nobilior habitus habet nobiliorem actum; ergo perfecte Deum diligere, qui est actus charitatis patriae, nobilissima animae actus est. Cum ergo in nobilissimo actu principalissima beatitudo consistat et diligere sit actus voluntatis, principaliter consistit in illo voluntatis actu, quam in actu intellectus ». Sic ratiocinatur sanctus Bernardinus, ut probet, formalem beatitudinem principaliter in actu voluntatis, seu in Dei amore consistere. Cujus ratiocinationi si aliam adjungere liceret, dicerem, quod formalis beatitudo consistit principaliter in hac operatione, per quam perfectiore et nobiliore modo unimur Deo; per amorem autem praestantiori modo unimur Deo, quam per visionem, quia voluntas summo amoris actu in Deum erumpens, in illum velut transfunditur, ita ut in illo totaliter sit, ac cum illo unum quid fiat juxta illud ex Augustino sumptum axioma: *anima magis est ubi amat, quam ubi amat*; et per consequens, licet sancti in caelo beatificenter Deum videntes, beati etiam fiant, imo principaliter beati, quia Deum quem vident, summopere diligunt. Et ideo praclare dixit D. Augustinus, quod licet sancti sint beati per visionem, summa tamen eorum felicitas in Dei amore sita est: *tota virtus ibi videre quod amas et summa felicitas amare quod vides* (12 de Civ.). Ecce quo sancti in caelo fiant beati; ibi regnant beati sive quia Deum facie ad faciem vident; sive praesertim quia Deum clare visum summopere diligunt.

Visio inchoat, amor auget sanctorum beatitudinem, tantaque est beatitudo, qua per Dei visionem et amorem in caelo fruuntur, ut eam concipere et explicare nequeamus: *effugit omnem sermonem, atque sensum humane mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa gloria* (D. Aug. serm. 37 de Sanct.). In monte Thabor tacent angeli et loquuntur Moyses et Elias, qui ibi apparuerunt loquentes cum Jesu. Angeli nec de gloria Christi transfigurati, nec de suppliciis ab eo perferendis, loquuntur: Moyses vero et Elias loquuntur, non quidem de Christi gloria, verum de suppliciis quo passurus erat: *dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem* (Luc. 9). Cur nec angeli, nec homines de Christi gloria loquuntur? Da ea non loquuntur, quia haec gloria tanta est, ut sermone explicari non possit. Ipsi etiam Sancti qui in caelo habitant, beatitudinem qua fruuntur, explicare nescirent. Unde dicit propheta, quod *exaltationes Dei in gutture eorum* (Psal. 149, 6). Illam quidem beatitudinem degustant et in gutture habent; at vero a gutture ad eorum labia non transit, ut eam explicent, quia sermone explicari nequit. Ambianus caelestem illam beatitudinem qua fruuntur sancti, maximam quidem eo quod Deum vident et amant; quam etiam maximam dicimus, quia Deum videntes et amantes, *gaudent, gaudique ineffabili afficiuntur*.

## III PARS.

*Sancti in caelo sunt beati, quia Deum videntes et amantes, gaudent.*

Tot gaudia in caelo fruuntur omnes electi, ut qui ea explicare susciperet, somnari potius et delirare videretur, quam apposite loqui et recte ratiocinari: *jam civitatis magna gaudia somniamus* (Petr. Dam.). Explica, si velis, beatorum gaudia, ea conferendo cum gaudiis, quibus in hoc mundo fruuntur avari in divitiarum possessione, gulosi in laetis con-



viviis, ambitiosi in sublimitate dignitatum, omnes sæculi hujus homines in rerum quas amant frustratione; te somnare dicam, quia gaudium beatorum est ineffabile, et illud per hæc terrena explicare, somnare reputatur. Frater Ægidius, Seraphici Patris Francisci socius, cum in extasi aliquantulum glorie celestis degustasset, omnia creata ita parvipendebat, ut homines quosque in mundo viventes non alloqui, imo nec aspicere vellet. De sancto Ephrem legitur, quod aliquando extra se raptus, tanta fuerit lætitia superfluous, tantoque gaudio affectus, ut ad Deum clamaverit: *recede a me paululum, Domine, remitte aliquantulum undas tuæ gloriæ, quia corpus meum ubertatem illam sustinere non possit* (Surius 23 april.). Scimus, Seraphicum Franciscum, deliquium fuisse passum ob momentaneum cœli gaudium, quo gavisus est. Dum cœlestibus consolationibus afficeretur sanctus Xaverius, eorum pondus et ineffabilem suavitatem sustinere non valens, dicere consueverat: *satis est Domine, satis est Domine*. Alia his similia de nonnullis viris sanctis referuntur; ex quo inferendum, ineffabilia et incomprehensibilia dicenda cœli gaudia. Si enim Sancti qui in hoc mundo cœlestibus gaudiis ad momentum gavisus sunt, extra se rapti et deliquium passi sint, quanta excogitamus illa gaudia quibus nunc perfuuntur sancti in cœlo? aut, ut loquitur S. Augustinus: *O Domine, si tanta facis nobis in carcere, quid facies in palatio? Si tanta des nobis solatia in die lacrymarum, quanta conferes in die nuptiarum?* Tanta certo sunt gaudia et solatia, quæ Deus sanctis in cœlo confert, ut a nobis explicari et concipi nequeant. Omnia hujus mundi etiam spiritualia gaudia, quantumvis magna, guttulæ solummodo sunt gaudiorum, quæ unico puncto non sunt majores: *gaudium hypocrite ad instar puncti* (Job. 10). In cœlo patet fons uberrimus gaudiorum spiritualium: *quoniam apud te est fons vite* (Psal. 35); in cœlo sunt deliciarum torrentes; *torrente voluptatis tuæ potabis eos*; in cœlo habentur gaudiorum flumina: *fluminis impetus lavificat civitatem Dei* (Psal. 45); in cœlo est voluptatum exuberans diluvium quod cœlestem inundat Jerusalem: *Dominus diluvium inhabitare facit* (Ps. 28): in

cœlo tandem invenitur deliciarum oceanus, in quo merguntur sancti, ac undequaque ineffabili gaudio replentur. *Gaudet ibi sancti, cum considerant, se ab hujus mundi miseris liberatos: gaudet, se a concupiscentiæ affectibus esse liberos; gaudet, se ab exilio ad cœlestem patriam transvolasse; gaudet, se angelorum et aliorum sanctorum frui consortio; gaudet de possessione Dei, cujus majestatem contemplantur et cujus bonitatem summe diligunt; gaudet tandem, gaudioque ineffabili afficiuntur et circumdantur: gaudium erit eis intus et extra, gaudium sursum atque deorsum, gaudium circumcirca, ubique gaudium plenum* (S. Ans. in Luc. 22). Cuique Sanctorum ex hoc carcere exeuntium dicit Deus: *intra in gaudium Domini tui*; quasi dicat, ut exponit sanctus Augustinus: « Intra in gaudium sempiternum, in domum Domini tui, ubi sunt magna et inscrutabilia et mirabilia, quorum non est numerus. Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiã, ubi erit omne bonum et non erit aliquod malum, ubi erit quidquid voles et non erit quidquid noles, ubi erit vita vitalis, dulcis et amabilis, semperque memorialis, ubi non erit hostis impugnans, nec ulla illecebra; sed summa et certa securitas, secunda tranquillitas, tranquilla jucunditas, jucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo et beata Trinitas et Trinitatis unitas et unitatis Deitas et Deitatis beata visio, quæ est gaudium Domini tui ». Ecce gaudium in quod intrant sancti; jamvero quantum est illud sanctorum gaudium? Est sane gaudium incomprehensibile et ut ibidem ait D. Augustinus, est *gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium*. Pereximio et ineffabili hoc gaudio satiantur sancti: *satiabor, cum apparuerit gloria tua* (Psal. 16). Hoc gaudio quasi inebriantur: *inebriabuntur ab ubertate domus tuæ et torrente voluptatis tuæ potabis eos* (Psal. 35). Hoc tandem gaudio eos complete beatos fieri, cum multis aliis docet D. Bonaventura: cuius ratio est, quia beatitudo celestis tollit omnem animi inquietudinem et totaliter appetitum satiat, juxta illud (Psalm. 16); *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*; sine gaudio autem non tolleretur omnis inquietudo ab animis

sanctorum, nec appetitus eorum complete satiaretur, quinimo sine eo afflictus et inquietus remaneret eorum animus. Quis enim videns et facie ad faciem Deum optimum maximum contemplatus, animo non crucietur, si ab ejus amore arceatur, si nihil ex ejus delectamenti percipiat et si ob tanta bona quæ in Deo demiratur, non possit ei congaudere? Certe inquieti, anxii neque perfecte beati essent sancti, si hoc gaudio privarentur. Quod ut clarius pateat, audi Boetium dicentem, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfecta, quia illi deesset unum bonum, gaudium scilicet; idcirco fatendum, gaudium, quod ex Dei visione et amore manat, sanctos perfecte et complete beari. Quod probe novit D. Augustinus, qui licet pluries sanctorum beatitudinem in Dei visione consistere dicat, non intendit tamen excludere a ratione beatitudinis gaudium, quod ex Dei visione et amore necessario consequitur, seu potius illud includit: imo et sanctorum beatitudinem in hoc gaudio complete consistere asserit his verbis: *ipsa est beata vita, gaudere ad te, de te et propter te: ipsa est et non altera* (Conf. 10, 22). Itaque concludamus, finemque toti huic concioni faciamus, dicentes, quod sancti in cælo summe beatificantur, quia Deum vident, quia Deum quem vident summe diligunt, et quia Deum videntes et amantes ineffabili gaudio perfunduntur. O quam infelices et miseri sumus nos! qui per hujus maris magni fluctus, procellosaque voragine navem trahimus, ignorantes, an ad portum salutis pervenire valeamus. Infelices, inquam, nos, quorum vita est in exilio, via in periculo, finis in dubio, nescientes finem nostrum, eo quod omnia in futurum reserventur incerta. Infelices tandem nos, qui in mediis pelagi fluctibus versamur et felices supra modum sancti, qui de naufraga vita presenti ad optatum salutis portum pervenerant, ubi beatitudine inenarrabili perfumunt, quia intuitive vident Deum, qui est objectum beatificum, quoniam ardentem amat Deum, qui est bonum infinitum, et quia ex tali visione et amore ineffabile

in corda eorum fluit gaudium. O fratres, ambiamus in cælo beari cum Sanctis: *concupiscamus in atria Domini, crebro suspiremus illuc* (S. Bern. serm. de obed.). Optemus intrare in civitatem sanctam Jerusalem et illic cum sanctis beari. Hoc desideremus non otioso, sed efficaci desiderio, quo ad faciendam quæ salutis sunt, alliciamur. Nullus est qui æternæ beatitudinis quodam desiderio non cietur; omnes cum sanctis in cælo beari cuperent; tamen in paucis efficax reperitur illud desiderium et pauci exempla sanctorum imitari, ilque facere volunt, quo acquiritur cælum: *beati omnes esse volunt; sed hoc pauci volunt, sine quo non pervenitur ad illud, quod omnes volunt* (S. Aug. in Ps. 118). Ut acquiratur æterna beatitudo, hoc perficiendum, sine quo ad illum non pervenitur; proinde ut quis cælestem beatitudinem obtineat, pie vivere debet in hoc mundo; hæc est via qua ad cælum itur et ideo tenenda: *querenda est gloria Dei per vias ejus; nam quomodo alioquin eo pervenitur, si via que eo ducit, non teneatur?* (D. Greg. Mor. 16, 4). Pie ergo vivite et æternam beatitudinem obtinebitis. Amen.

## DE SANCTO MARTINO EPISCOPO

## CONCIO UNICA.

*Obsecro vos ego vincetus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis* (Ephes. 4).

Sanctissimi pontificis Martini actus et vitam Severus Sulpitius, insignis orator, ita suo nobilitavit eloquio, ut historiam ejus non solum sincere delineaverit, verum et rhetoricis legibus multiplex exornaverit. Nec propterea credendum, quod memoritarum eximii hujus Antistitis attingeret terminos, cum fateri



sanctorum, nec appetitus eorum complete satiaretur, quinimo sine eo afflictus et inquietus remaneret eorum animus. Quis enim videns et facie ad faciem Deum optimum maximum contemplatus, animo non crucietur, si ab ejus amore arceatur, si nihil ex ejus delectamenti percipiat et si ob tanta bona quæ in Deo demiratur, non possit ei congaudere? Certe inquieti, anxii neque perfecte beati essent sancti, si hoc gaudium privarentur. Quod ut clarius pateat, audi Boetium dicentem, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfecta, quia illi deesset unum bonum, gaudium scilicet; idcirco fatendum, gaudium, quod ex Dei visione et amore manat, sanctos perfecte et complete beari. Quod probe novit D. Augustinus, qui licet pluries sanctorum beatitudinem in Dei visione consistere dicat, non intendit tamen excludere a ratione beatitudinis gaudium, quod ex Dei visione et amore necessario consequitur, seu potius illud includit: imo et sanctorum beatitudinem in hoc gaudio complete consistere asserit his verbis: *ipsa est beata vita, gaudere ad te, de te et propter te: ipsa est et non altera* (Conf. 10, 22). Itaque concludamus, finemque toti huic concioni faciamus, dicentes, quod sancti in cælo summe beatificantur, quia Deum vident, quia Deum quem vident summe diligunt, et quia Deum videntes et amantes ineffabili gaudio perfunduntur. O quam infelices et miseri sumus nos! qui per hujus maris magni fluctus, procellosaque voragine navem trahimus, ignorantes, an ad portum salutis pervenire valeamus. Infelices, inquam, nos, quorum vita est in exilio, via in periculo, finis in dubio, nescientes finem nostrum, eo quod omnia in futurum reserventur incerta. Infelices tandem nos, qui in mediis pelagi fluctibus versamur et felices supra modum sancti, qui de naufraga vita presenti ad optatum salutis portum pervenerant, ubi beatitudine inenarrabili perfumunt, quia intuitive vident Deum, qui est objectum beatificum, quoniam ardentem amat Deum, qui est bonum infinitum, et quia ex tali visione et amore ineffabile

in corda eorum fluit gaudium. O fratres, ambiamus in cælo beari cum Sanctis: *concupiscamus in atria Domini, crebro suspiremus illuc* (S. Bern. serm. de obed.). Optemus intrare in civitatem sanctam Jerusalem et illic cum sanctis beari. Hoc desideremus non otioso, sed efficaci desiderio, quo ad faciendam quæ salutis sunt, alliciamur. Nullus est qui æternæ beatitudinis quodam desiderio non cietur; omnes cum sanctis in cælo beari cuperent; tamen in paucis efficax reperitur illud desiderium et pauci exempla sanctorum imitari, ilque facere volunt, quo acquiritur cælum: *beati omnes esse volunt; sed hoc pauci volunt, sine quo non pervenitur ad illud, quod omnes volunt* (S. Aug. in Ps. 118). Ut acquiratur æterna beatitudo, hoc perficiendum, sine quo ad illam non pervenitur; proinde ut quis cælestem beatitudinem obtineat, pie vivere debet in hoc mundo; hæc est via qua ad cælum itur et ideo tenenda: *querenda est gloria Dei per vias ejus; nam quomodo alioquin eo pervenitur, si via que eo ducit, non teneatur?* (D. Greg. Mor. 16, 4). Pie ergo vivite et æternam beatitudinem obtinebitis. Amen.

## DE SANCTO MARTINO EPISCOPO

## CONCIO UNICA.

*Obsecro vos ego vincetus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis* (Ephes. 4).

Sanctissimi pontificis Martini actus et vitam Severus Sulpitius, insignis orator, ita suo nobilitavit eloquio, ut historiam ejus non solum sincere delineaverit, verum et rhetoricis legibus multiplex exornaverit. Nec propterea credendum, quod memoritarum eximii hujus Antistitis attingeret terminos, cum fateri



non dedignatur, omnia in Martino esse majora ac ita sublimia, ut mente concipi nequeant: *omnia majora in Martino sunt, quam ut verbis concipi queant*. Propterea de sancto pontifice Martino, sicut de Jesu, dici potest, quod fuerit *par solis*: sicut enim in sole omnia magna et mirabilia sunt, ita et in Martino morum innocentia, puritas virginalis, mundi contemptus, erga pauperes misericordia, fuga dignitatum, crucis amor, fiducia in Deum, in proximum charitas, celestium contemplatio, omnia denique magna et portentosa existere. Quod patebit, cum eum in omni statu ad quem vocatus est, digne ambulasse ostenderitis: *digne ambulatis vocatione, qua vocati estis. Ab.*

Martinus juvenilibus annis militiae seculari nomen dedit; major factus, saeculo valedixit et sumpto monachi habitu, solitariam vitam duxit, a qua tandem urbis Turonensis civis illum sancta fraude et pia arte eduxerunt, eumque invitum ad Turonensem episcopatum sublimarunt. Unde qui totam sanctissimi hujus Antistitis vitam sedulo lustravit, eum primo militem, deinde monachum, ac tandem episcopum extitisse adnotabit. Ecce diversi status, ad quos vocatus est et in quibus dignissime ambulavit Martinus. Ut enim ait Doctor Seraphicus, *Martinus bonus fuit in statu militari, melior in habitu monachali et optimus in cathedra pontificali* (serm. de S. Mart.). Sanctissimum hunc virum in triplici hoc contempleretur statu, militis scilicet, monachi et pontificis, ac videamus 1. virtutes illius militis; 2. sanctitatem hujus monachi; 3. perfectionem hujus episcopi. En tres hujus concionis partes, quibus constabit, sanctum Martinum digne ambulasse in omni statu, ad quem vocatus est: *digne ambulatis vocatione, qua vocati estis.*

## I PARS.

*Virtutes sancti Martini in statu militis.*

Militia secularis minime habetur uti virtutis schola; militum enim castrensiu vita vitiiis multis fœdari solet et rarissime christianis virtutibus decoratur: *nam nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur*. Martinus vero cum aliis militibus miles, ab aliis vita et moribus longe fuit alienus; non enim torrentem vitiorum secutus virtutibus multis claruit, ac præcipue 1. misericordia erga pauperes; 2. castitate in corpore; 3. fiducia in Deum.

1. Nil in bello usitatus, quam cuncta obvia rapere. Ibi quisque jus habere putat in proximi bona; ibi a multis ut virtutes predicantur rapina et furtum, isque majorem gloriam sibi conciliasse credit, qui plures rusticos, plebejos et pauperes bonis temporalibus et ipsius vestibus spoliavit. Jamvero tantum abest, quod Martinus aliorum auferret bona, quin contra propria effundebat et in pauperes ita se beneficum et misericordem exhibebat, ut de ipso, sicut de Stephano, dici debeat, quod *charitatem pro armis habebat* (Fulgent. serm. de S. Steph.). Innata videbatur Martino adhuc militi in pauperes misericordia; eos videre non poterat, quin eis omnibus modis sibi possibilibus subvenire conaretur. Manum suam libenter extendebat ad pauperem, et ut alia taceam charitatis et misericordiae beneficia, quae a Martino adhuc milite pauperes receperunt, unicum hunc recensere, præclarum scilicet illum charitatis actum, quo chlamyde sua in duas dispersita partes, una sibi reservata, alteram pauperi misericorditer dedit. Martinus nondum ad monasticam disciplinam fuerat eruditus; adhuc militiam sequebatur armatam; non in claustris adoleverat, verum in castris; nondum sub sancto Hilario profecerat, adhuc sub Constantio Augusto et Juliano Caesare utroque nequissimo et perditissimo militabat. Et tamen sub talibus agens principibus, tanta præ-

stitit misericordia, ut pauperi nudo dimidiam chlamydis partem dederit, seque nudato, nudum Christi pauperem operuerit. Qui charitatis actus ita Deo placuit, ut Martinus Christum videre meruerit, dimidia illa chlamyde, quam pauperi dederat, indutum, ipsumque coram angelis laudantem et dicentem; *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit. Ecce militem, cujus magna in pauperes fuit misericordia: et magna etiam fuit hujus militis castitas.*

2. Durissima adversus castitatem certamina patiuntur christiani, a quibus raro victores exeunt: *inter cetera christianorum certamina, duriora sunt praelia castitatis, ubi quotidiana pugna, rara victoria* (S. Aug. serm. 251 de temp.). In castris autem croberriima sunt hujusmodi certamina et rarissima victoria, quia ibi milites plerumque non vincere, imo vinci volunt, quærentes quo venereis voluptatibus indulgeant et pravo carnis appetitu satisfaciant. Quod potissimum verum comprobatur de castris, in quibus militabat Martinus; ibi enim milites sub impuris ducibus de castitate non curabant et tam horrenda adversus mirandam hanc virtutem patrabant crimina, ut ea euarrare puderet. Itaque sanctus Martinus in mediis castris de carnis triumphavit illecebris et inter impudicos milites castitatem illasam custodivit. Sicut margarite in medio maris existentes, salsedinem ejus nullo modo participant, ita Martinus in medio impudicorum militum vivens, nulla unquam impudicitie macula fedatus fuit; sic toto vite sue tempore virginalem puritatem illibatam servavit; id testatur Doctor Seraphicus dicens: *hanc puritatem, virginalem scilicet, habuit Martinus, ut Regis per innocentiam posset placere conspectui, cujus contubernium diligebat* (serm. de S. Mart.). D. Bonaventuræ accinit Severus Sulpitius, qui virginalem S. Martini castitatem extollens et prædicans, ait, quod fuerit *vitro purior et lacte candidior*; quodque virginalem hanc puritatem usque ad mortem perfectæ servaverit et ideo celestes spiritus, quibus cognata est virginitas, ei post mortem obviavit: *quia angelis cognata est virginitas, adeo celi ciues in ejus transitu ei obviavenerunt.* Miramini

Martini adhuc militis puritatem; *itemque miramini magnam ejus fiduciam in Deum.*

3. Milites fere omnes confidunt in virtute sua, in robore suo, in dexteritate et experientia sua, non autem in Domino, a quo habent quiddid habent et sine cujus auxilio neque bellare, imo nec digitum movere valent. At Martinus non in principibus, in quibus non est salsus, non in armis et equis, non in virtute et robore suo, verum in Domino confidens, gravia quæque impavidus obibat pericula et ubi pavebant strenni quique milites, ille abjecta quavis formidine, constans et securus stabat; insuper et cum propheta dicebat: *si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Hoc præcipue dixit vir sanctus, cum militia seculari valeceret voluit, ut in solitudinem secederet. Cum enim sanctum suum propositum manifestasset, dux exercitus sub quo militabat, arbitrabatur talia meditari Martinum non tam ex pura Deo inserviendi intentione, quam ex timore cadendi in prælio; idcirco Martinus, ut probaret, se non ex formidine, sed ex puro Deo inserviendi desiderio talia cogitare, exercitus ducem adivit, ac sancta in Deum fiducia roboratus, ab eo facultatem petiit, hostium exercitui se opponendi, promittens, quod solus sine armis et sine clypeo, impavidus cuneos eorum penetraret: *ego signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus.* O magnam hujus militis in Deum fiduciam! Non satis laudari et prædicari potest tamæ S. Dominici in Deum fiducia, quæ tanta exiit, ut Christi crucifixi imaginem dextera gerens, formidando Albigensium, qui minas et cædes spirabant, exercitui impavidus sese opposuerit (1). Ensis et sagittis adversus christianos armati incedebant hi heretici, nilque magis in votis habebant, quam Dominicum et omnes catholicæ

(1) Jam supra in concione S. Dominici adnotavi, eundem sanctum pacis et caritatis amantissimum nunquam se militaribus copiis, præsertim tempore belli immisuisse. Id iterum in memoriam revocandum, ne in sanctorum gestis enarranda dubia vel falsa veris miscuantur magno cum detrimento æere prædicationis.



religionis sectatores interficere. Dominicus autem feritatem, crudelitatem et arma eorum non timens, sola Christi crucifixi imagine armatus, a fronte exercitus eorum stabat, eisque libere doctrinam Evangelicam prædicatebat. O quam magna hæc sancti illius viri in Deum fiducia! quid tamen, meo quidem iudicio, majus in Martino video, qui cum adhuc esset juvenis et miles, solo crucis signo munitus, non solum a fronte formidandi exercitus stare, verum etiam hostium cuneos penetrare promittit. Ecce mirandas Martini, ut militis, virtutes. *Videamus nunc Martini ut monachi sanctitatem.*

HALERE FLAMMAM  
VERITATIS

II PARS.

*Sanctitas beati Martini in statu monachi.*

Mundo simul et armis valedixit Martinus: ac in solitudinem secedens, vitam suscepit monasticam, tantaque in hoc statu luxit sanctitate, ut ab omnibus, tanquam omnis virtutis speculum et exemplar haberetur. Sanctitas autem ejus in statu monachi fuit 1. in humilitate fundata; 2. mortificationibus illustrata; 3. miraculis comprobata.

1. Omnibus notum est, humilitatem esse sanctitatis fundamentum, omnemque penitus ruere sanctitatem, nisi in humilitate firmiter fundetur; et omnibus etiam notum est, quod hoc sanctitatis fundamentum posuerit Martinus, antequam monachus fieret. Quamvis enim a parentibus nobilibus, apud imperatorem potentibus et in re militari florentibus originem duceret; licet etiam tribuni, seu ducis mille militum munus, quo pater ejus fungebatur, obtinere potuisset, contempta tamen mundana hac dignitate, humili fungi præelegit officio militis. Cumque variis stipari potuisset domesticis, unico usu est servo, cui ipse alternatim inservivit, servique servus fieri voluit. Sciebat Martinus quod Filius hominis non venerat ministrari, sed ministrare (Matt. 10); ut igitur Christum imitaretur, *subjecto sibi famulo se humilitate subjecti*, inquit sanctus Bonaventura. Et ut ait

sanctus Vincentius Ferrerius, Martinus ita servo inservivit, *ut ei plerumque calcamenta detraheret et ipsa detergeret*. O mirandum Martini adhuc militis humilitatem! Jamvero cum ad monachi statum advolavit, altius sibi fudit humilitatis fundamentum, suamque sanctitatem in majori humilitate fundavit. Tunc enim ab hominum consortio secessit, quasi indignum se existimans cum iis versari; et cum quandoque inter eos versari cogebatur, altioris humilitatis radios emittebat: erat enim *veste sordidus, crine incultus, facie despicibilis* (S. Bern.). Talem hunc monachum venerabantur quotquot eum agnoscebant; atque eo se viliozem reputabat, quo ab aliis majori honore dignus censebatur: *cum Martinus in oculis omnium honorabilis esset, ipse sibi nec habebatur cilis* (Lau. Just.). Eum tanto honore dignum censuerunt cives Turonenses, ut mortuo suo episcopo, eum ad episcopalem cathedram evehere volerint; humilis autem Martinus hac dignitate se penitus indignum reputabat: vocabant eum ad excelsa et ipse ad ima descendebat: eum episcopatu dignissimum proclamabant omnes et ipse eo se indignum existimabat: ad sublimem hanc dignitatem eum vocabant omnes et ipse ad illam evehi renuebat. Sicut Moyses, cum cum Deus principem populi Israël constituere voluit, ab hoc munere obeundo se excussit; pariter Martinus præ humilitate ad pontificales insulas evehi non potuit, quibus potuit modis refugit. Nec a suo monasterio erui unquam potuit, ut ad episcopalem cathedram exaltaretur, donec civis quidam Turonensis, simulata gravi uxoris sue infirmitate, ad ejus genua provolutus, ab eo obtinuit, ut e suo egrederetur monasterio. Qua arte extra cellam adductus, ad civitatem Turonensem deinde ductus est, ubi ad sedem episcopalem fuit sublimatus, licet invitus. Ecce monachum humillimum, cujus sanctitas in humilitate vere fundatur: *ac etiam mortificationibus illustratur.*

2. Sanctitatem coram hominibus nil adeo commendabilem, illustrem et portentosam efficit, ut mortificationes extraordinariæ et penitentia insolite, quibus adherent viri sancti; nec enim aliquem ex illustribus his penitentibus carnere potest populus, quin statim eum ut sanctissimum existimet et proclamet.



Hanc quidem populi auram non ambiebat Martinus; tamen superno afflatus spiritu, mox solitudinem ingressus, arcis juvenilis, vigiliis multis et omni mortificationum genere corpus suum cruciavit, hisque penitentis et mortificationibus sanctitas ejus ita celebris evasit, ut sanctitatis ejus fama undique volaverit. Martini quidem sanctitas omnibus rutilabat virtutibus, omnibusque numeris completa videbatur, illam vero illustrem et apud homines commendabilem fecerunt insolitæ mortificationes et durus hujus vivendi modus, quem sic describit sanctus Vincentius Ferrerius. *Martinus, licet alitis esset pius, sibi erat crudelis, in tantum, quod mirum erat, quomodo poterat vivere. Resignata milita, posuit se cum eremitis, inter quos faciebat asperitates magnas. Primo in lecto stricto; cujus plumæ erant cineres, linteamina cilicium, cervicale lapis, nihilque præter tunicam et cilicium induebat. Ejus victus quotidianus erat panis et aqua (Ser. de S. Matt.).* Elegantioribus verbis de sancti illius viri mortificationibus ut Severus Sulpitius, quod pernox in orationibus et vigiliis, fatiscientes artus spiritui servire cogebat, in cinere et cilicio deinde recubabat. *Et cum a discipulis rogaretur, ut saltem vilia sibi sineret stramenta supponi; non decet, inquit, filii, christianum nisi in cruce mori.* Ita tandem graves, crebræ et perennes extitere mortificationes, quibus adhesit, ut vita ejus in monasterio continuum martyrium fuisse videatur. Ecce monachum, cujus sanctitas mortificationibus vere fuit illustrata, ac etiam miraculis comprobata.

3. De sancta Paula præclare dixit S. Hieronymus, quod cum Romæ commoraretur, a solis romanis civibus agnosceretur; tunc toti innotuisse orbi, cum in Bethelchem se recepit, ut ibi lateret; *Romæ habitantem nullus extra Romam noverat; laterentem in Bethelchem barbara et romana terra miratur* (lib. 3, epist. 8). Similem in modum, quamdiu in castris remansit sanctus Martinus, a solis militibus noscebatur ejus sanctitas; cum a castris recedens, in solitudinem se receperit, ut ibi lateret, Deus sanctitatem ejus toti terrarum orbi manifestavit et miraculis multis probavit. Facebat ille, latere

quærebat, verum, ut de sancto Hilarione loquitur sanctus Hieronymus, *tacento lingua, miracula loquebantur* (ibid. ep. 2); dum enim ille sileret, miracula quæ operabatur, in illius favorem loquebantur et eximiam ejus sanctitatem predicabant. Martinum hominem in miraculis divitem vocat sanctus Bernardus: *dives est ille Martinus, dives in meritis, dives in miraculis* (serm. de S. Mart.); multaque deinde ejusdem recensens miracula, ait: suscitavit Martinus tres mortuos, quot nimirum Salvatorem legerat suscitasse: reddidit visum cæcis, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sospitatem. Evasit divina virtute pericula, proprii corporis obice flammam repulit, immanem sacrilegæ machinæ molem, columna e cælo descendente, prostravit, leprosum mundavit osculo, curavit oleo paralyticum, dæmones vicit, angelos vidit, futura prævidit. Verum est, quod hæc omnia miracula non operatus sit Martinus, cum adhuc esset monachus: tunc tamen duos mortuos suscitavit et multa alia miracula fecit, quæ tamquam tot lingue fuerunt, quæ omnibus populis annunciarunt, Martinum esse virum sanctissimum; cum enim supra corpus mortui viri adhuc catechumeni, sicut alter Eliseus, se extendens, *inspiravit in faciem ejus spiraculum vite* (Gen. 22), illumque a mortuis excitavit, quid aliud illud miraculum, quam lingua quæ Martinum monachum magna sanctitate præditum manifestat? Cum nobilis ejusdem viri famulum, qui suspendio perierat, ad vitam revocavit, quid aliud illud miraculum, quam lingua, quæ pro Martino loquitur et quæ hujus monachi sanctitatem præpalat? Pro Martino tandem loquebantur omnia miracula quæ operabatur, quia omnia sanctitatem illius probabant et populis manifestabant. Ecce sanctitatem Martini, adhuc monachi, in humilitate perfecte fundatam, mortificationibus illustratam et miraculis comprobata: *videamus nunc perfectionem sancti Martini in statu pontificis.*

## III PARS.

*Perfectio S. Martini in statu pontificis.*

Hominis in hoc mundo perfectio in charitate consistit; qui enim bene Deum amat, amat et proximum, pro Dei amore se humiliat, multa pro ejus gloria libenter patitur et omnes alias virtutes ex animo sectatur; ideo ut Martinus in statu episcopi perfectionem manifestem, de charitate ejus solummodo loquar, dicamque sanctum hunc episcopum habuisse 1. charitatem beneficam; 2. charitatem patientem; 3. charitatem fervidam.

1. Amor est sui diffusivus et qui bene Deum amat, non quaerit quae sua sunt, ast in omnes et praecipue erga pauperes, quos ut Christi membra respicit, se liberalem et beneficum exhibet. A liberali et benefica hac charitate plurimum in sacris paginis commendatur Tobias, qui pauperes vocabat ad prandium, afflicto consolabatur eloquio et mortuos sepeliri curabat. Eadem quoque charitate praeditum fuisse constat S. Martinum, qui *studebat assistere laborantibus, opem ferre miseris, alere egenos, vestire nudos, nihilque sibi praeter quotidianum victum reservabat* (S. Bonav. ibid.). Proventus suos in emendis superfluis et superbis vestibus, in lautis et magnificis conviviiis, in ludis, venationibus, vanitatibus et mundi oblectamentis non dissipabat; omnia sua pauperibus, viduis, orphanis, captivis, xenodochiis et ecclesiae distribuere; ac, ut censet sanctus Vincentius Ferrerius, *Martinus pro sua persona de redditibus episcopatus non expendebat decem florenos in anno, caetera autem dabat ecclesiis et pauperibus* (ubi sup.). Assertit Christus, quod tanquam sibi praestita acceptet beneficia quae pauperibus impertitur: *quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* (Matth. 25). Hoc et in sometipso expertus erat Martinus, dum adhuc militiam sectaretur; cum enim dimidiam clamydium pauperi dedisset, proxime sequenti nocte vidit caelos apertos et ibi Christum hac vestitum clamydium parte, angelis

dicentem: *Martinus, adhuc catechumenus hac me veste contexit*. Propterea Martinus pontifex factus, erga pauperes magis beneficum et munificum se praebuit: Christum enim in pauperibus inspiciens, omnia sua iis libenter erogabat et ideo a Laurentio Justiniano vocatur *egenorum pater*. Eratque vere eorum pater, dum eos penuriam patientes alebat, eos nudos operiebat, omniaque veri patris officia eis impendebat. Miramini sancti hujus pontificis charitatem, quae vero fuit benefica et liberalis. *Ad haec S. Martinus habuit etiam charitatem patientem.*

2. *Charitas patiens est* (I. Paul.), nec bene Deum amat, qui pro ejus amore pati dedignatur. Imo, inquit Doctor Angelicus, qui bene amat, pro persona amata *patitur magna, patitur multa, patitur diu*. Hac autem charitate patiente Deum amavit Martinus, qui pro ejus amore innumera, eaque gravissima, usque ad ultimum vitae terminum constanter pertulit. Taceo gravia multa, quae a seipso pro Dei amore passus est, tum diris jejuniis, quibus corpus suum afflictavit: tum artissima paupertate, cujus se subdidit: tum laboribus plurimis, quos pro populi sui salute exantlavit; alia enim et majora habemus patientiae suae argumenta sumpta ab his quae ab invidis haereticis, idololatriis et perversis christianis perpeusum novimus, quae tot et tanta fuerunt, ut ratione illorum, Martinum verum fuisse martyrem, dicat sanctus Bernardus. Ceterum, inquit, persecutiones, quas sustinuit Martinus propter justitiam, longum est numerare. Quomodo apud Julianum Augustum in civitate Waugionum intrepidus, imo et illato terrore constantior, custodiae mancipatus est, ut inermis postero die barbaris opponeretur; quomodo circa alpes sub securi, quam in verticem ejus latro vibrabat, securissimus fuit; quomodo illum Mediolani Auxentius Arianus graviter insectatus, multisque appetitum injuriis, tandem de civitate exturbavit; quomodo et aili adversus sacerdotum perfidias acerrime pugnavit, supplicis fuit affectus, publice virgis casus, inde quoque exire compulsus est; quomodo item in cujusdam fani eversione, cum eum gentilis quidam stricto gladio peteret, nudam cervicem praebuit percussuro, donec ille extollens ad ictum dexteram, cecidit resupinus;



quomodo alter eum cultro ferire voluit, sed ferrum de manibus ejus elapsum repente disparuit. *Pro quibus omnibus*, concludit Bernardus, *dubium non est, multipliciter coronari Martinum, qui quidem, etsi non semel effectu consummate passionis, toties tamen martyr fuit affectu devotissimæ voluntatis* (Serm. de S. Mart.). Licet D. Paulus ferro martyr occubuerit, eum etiam *martyrem sine ferro, ex sola charitate morientem* vocat S. Laurentius Justinianus. Antequam ferro martyr fieret, charitate martyr fuit D. Paulus, quia ex nimia qua ardebat charitate, gravia pro Christi amore pertulit, pluribus se exposuit mortis periculis et pro salute fratrum mori optavit. *Cupio impendi et superimpendi pro salute vestra* (1 Cor. 12, 15). Si autem Paulum hoc modo charitate martyrem dicamus, *quomodo*, inquit sanctus Laurentius Justinianus, *martyrii gloriam Martinum non habere censendum est, qui flagrans amore martyrii, pro catholice fidei testificatione terrenorum principum nec expavit potentiam, neque hereticorum sævitie cessit, quin constantè veritatis propalaret regulam, eorumque confutaret errores? Magnum proventus est hoc martyris genus, ultra se pro Christi honore dare periculis. Toties igitur martyrii promeruit palmam, quoties se inimicis fidei opposuit.* Habuit ergo Martinus charitatem patientem, cum tot et tanta pro Christo pertulerit et perpeti ambierit. *Ipse habuit etiam charitatem fervidam.*

3. Martinus jugi cogitatione ferebatur in Deum, intendebat semper in eum, cui se devoverat, *ac oculis et manibus in caelum semper intentus, invidium ab oratione spiritum non relaxabat.* Ita in Deum mens ejus ferebatur, ut nec cura pastoralis, nec negotiorum multitudine, nec vite presentis necessitatibus a Dei contemplatione averteretur. Ex assidua autem hac Dei cogitatione et contemplatione exardescibat in corde ejus ignis charitatis, quo ita accendebatur, ut toto Christum diligeret affectu, *nec a Dei posset amore divelli* (Laur. Just. *ibid.*). Ferrida hac charitate exarsit Martinus, cum sicut alter Paulus, se exhibuit Dei ministrum *in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus,*

*nibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis* (2 Cor. 6) et in aliis multis, quas pro Dei amore fecit et passus est. Ferventem cordis sui charitatem potissimum manifestavit sanctus Pontifex, cum morti proximus et in extremis positus, Deum alloquens, dixit: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* Hæc enim verba perpendens Bernardus, non satis admirari potest fervidam Martini, sic loquentis charitatem, dicens: *o vere sanctissimam animam! o investibilem charitatem!* Et revera ignita et charitatis igne succensa videntur hæc Martini verba, maximeque in his verbis apparet ejus in homines charitas, cum pro illorum salute et consolatione velit ipse a cœlesti beatitudine retardari, a diu desiderata beatorum spirituum societate differri et ab ipso introitu gloriæ æternæ ad tempus revocari. Licet maxime et ardentissima sit beatorum angelorum in Deum charitas; dubitare tamen videtur sanctus Bernardus, an tanta ardeant in Deum charitate, ut parati essent ad tempus obtemperandum, si visione beatifica eos ad tempus privare vellet. Sic enim angelos affatur: *nescio, an inveniantur in vobis quisquam paratus in tale aliquando ministerium mitti, in quo necesse habeat, non videre faciem Patris* (ubi sup.). Jamvero tanta ardet Martinus charitate, ut cum ei sese offerat cœlestis beatitudo mox possidenda, paratus sit ab illa retardari et ad labores multos pro animarum salute perferendos, Deo dicens summo spiritus fervore: *Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; fiat voluntas tua.* O ardentissimam Martini charitatem! Miramini Martinum, qui in omni statu piissimè vixit et semper ambulavit vocatione, qua vocatus fuit: ac item eum imitantini digne ambulantes vocatione, qua vocati estis. *Obsecro itaque eps ego vincetis in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis* (Ephes. 4). Deus cujus providentia non fallitur, varios in hoc mundo voluit esse hominum status, in quibus omnibus quisque salvari potest, modo media sibi oblata ad sancte vivendum in statu, ad quem se vocatione agnoscit, non respuat et digne ambulet vocatione, qua vocatus est. Non vult Deus, ut illius tantum vel istius status homines



salvifiant, verum in quacumque vocatione inveniuntur *cult Deus omnes salcos fieri* et in omni statu æternam consequi salutem. Quapropter non dicat miles, si essem sacerdos, piisse viverem; non dicat mercator, si essem Carthusianus, semper orationi insisterem; non dicat iudex, si essem eremita, nulli injuriam facerem; non dicat princeps, si essem ordinis minorum religiosus, humilitati penitus incumberem. Atvero miles, mercator, iudex et princeps digne ambulent vocatione qua vocantur et quisque in statu ad quem vocatus est, animam suam salvare conetur. Hoc certum habete, quod status non damnat homines, et ideo damnantur homines, qui in statu in quo reperiuntur, recte vivere et vocatione qua vocati sunt, ambulare nolunt; in quolibet enim statu quisque salvari potest, si velit. Heu! nonne aliqui milites salvi fiunt? Nonne mercatores aliqui æternam consequuntur beatitudinem? Nonne ex iudicibus aliqui inter sanctos annumerantur? Nonne ex principibus aliqui catalogo sanctorum adscripti noscuntur? Multi quidem milites, mercatores, iudices, principes, ac cujusvis status et dignitatis homines jam felicitate fruntur æterna. Ne ergo respiciatis, quis sit status, in quo reperiuntur, verum in cœtu vestro pie vivite, in eo digne ambulate; imitami illos vestri status, vestraque conditionis homines, qui christiane vivunt et fideliter Deo inserviunt. Digne tandem ambulate vocatione, qua vocati estis, sicut sanctus Martinus et cum ipso ad regnum æternum pervenietis, in quo interminatam, ineffabilem et omni genere completam beatitudinem possidebitis. Amen.

## DE PRÆSENTATIONE B. V. MARIE

## CONCIO UNICA.

*Surge, propera, amica mea, et veni* (Canticorum 2).

Cum Templi Dominum paritura et Dei Templum futura esset Maria, nullibi aptius et congruentius quam in Templo commorari potuit; et ideo ad cor ejus loquens Spiritus Sanctus, nunc illi inspirabat, ut parentes et paternam domum relinqueret: *audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui* (Psal. 44): et nunc illi suggerebat, ut surgeret, properaret, ac cito ad Dei Templum veniret: *surge et propera, amica mea, et veni*. Dominum sibi intus loquentem audivit Virgo, et divinæ vocationi obtemperare cupiens, parentes enixe rogavit, ut ipsam jam triennem ad Templum adducerent, eamque ibi religiose et liberaliter Deo offerent. Cujus piis precibus annuentes Joachim et Anna, mox illam ad Templum duxerunt, ut quam a Domino acceperant, Domino redderet et consecrarent. Multi hodie contemplantur Virginem sacram summa cum modestia et propria domo egredientem; gressus illius dinumerant et admirantur non pauci, dicentes: *quam pulchri sunt gressus tui, Filia principis!* Hodie velim solum, ut eam in Templo Jerosolymitano consideremus, ubi et a seipsa et a parentibus Deo offertur. Hæc nota solemnitatis hodiernæ causa et hæc erit tota orationis istius materia. Ave.

Licet Deus sit ditissimus, nostrisque nequaquam egoat bonis, nostra tamen ei non displicent munera; imo et ei multum placeat et gaudet ut in testimonium supremi ejus in nos dominii nosmetipsos, necnon alia munera illi offeramus. Hoc Dei ingenium non ignorabant Joachim et Anna: hoc sciebat et Maria; ideo ad templum Jerosolymitanum hodie accedunt non tantum ut ibi adorent in spiritu et veritate, verum etiam ut Deo munus pretiosissimum, sanctissimum et dignissimum offerant. Hoc munus

est ipsa Maria, quæ Deo offertur a parentibus et a se ipsa: *offertur* a parentibus singulari pietate et devotione: *offertur* a semetipsa ardentissimo zelo et amore: *offertur* Maria a parentibus: hinc discant oportet parentes, filios suos Deo offerre: *offertur* a seipsa; hinc discere debent filii semetipsos offerre Deo. Videamus 1. pietatem et devotionem parentum Mariæ, qui eam Deo offerunt: 2. zelum et amorem Mariæ, quæ semetipsam Deo offert. *Oblatio* Joachim et Annæ, qui Mariam Deo offerunt: *oblatio* Mariæ, quæ seipsam Deo offert; en duas hujus concionis partes.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## I PARS.

*Oblatio Joachim et Annæ, qui Mariam Deo offerunt.*

Multi ex conjugatis, cum prole carent, anguntur interius, gemunt, votisque multis a Deo filios postulant, dicentes: *da mihi liberos, alioquin moriar* (Gen. 30). Jamvero o infandam multorum hominum ingratitude! qui cum pueros obtinuerint, eos non Deo, at mundo et vanitati et voluptati consecrant. Ingratis hisce parentibus nequaquam similes fuerunt Joachim et Annæ, qui summo pietatis affectu Deo obtulerunt Mariam: 1. licet unica eorum filia esset; 2. licet perfectissima; 3. licet ab his supra modum dilecta.

1. Unica Joachim et Annæ filia fuit Maria, quam precibus, votis, jejuniis et lacrymis multis a Deo obtinuerunt. Hæc fuit unica, hæc immaculata columba, quam sterilis Annæ venter in lucem edidit: *una est columba mea* (Cant. 6). Maria, ut ait Euthymius (in 19 Joan.), unigeniti Filii Dei Mater futura fuit etiam unigenita: *unigenita erat Dei Mater*. Quamquam vero unica Joachim et Annæ proles Maria fuerit, eam tamen tertio ab ejus nativitate anno ad Templum pii parentes adduxerunt, eamque ibi Deo in obsequium perpetuum consecrarunt. Non diu in paterna domo mansit Virgo; veluti nobilissima arbor, in solum pinguis, id est in Templum est translata:

*ad Templum adductur Virgo et in domo Dei plantata instar olivæ frugiferæ, virtutum omnium domicilium efficitur* (S. Damas. *de fide* 4, 15). Minime cogitarunt pii beatissime Virginis parentes: unica nobis manet filia et ideo ut a nobis discedat haud expedit. Non dixerunt: cum unica nobis sit filia, in domo nostra potius quam in templo educari necesse habemus. Non dixerunt: cum sit unica filia nostra, eam juxta mundi et vanitatis leges educabimus. Tanta enim eorum extitit pietas, tantusque zelus, ut nequaquam cunctati eam vix triennem magna cum lætitia et celeritate Domino obtulerint: *Anna haud cunctata est eam ad Templum adducere, ac Deo reddere et promissum præstare* (D. Greg. Nyssen. *orat. de Natio. Christi*). Cunctantur persæpe parentes, cum de consecrandis Deo filii agitur; imo, si unica sit proles, eam Deo in religione probata, vel aliqua congregatione offerre renuunt; Joachim autem et Anna minime cunctantur, eum de offerenda Deo unica filia agitur; eam enim generosè, hilariter et absque ulla cunctatione in templo consecrant, ut ibi simul cum aliis sacris virginibus toto vitæ tempore Deo inserviat. Miramini Joachim et Annam, qui jucundo animo Mariam Deo offerunt, licet unica eorum esset filia: *ac etiam licet perfectissima esset*.

2. Quam perfecta fuerit Maria docet nos Spiritus Sanctus, de ea dicens: *una est perfecta mea* (Cant. 6). Maria enim *una est perfecta*, quia ipsa una et sola omnes aliarum creaturarum perfectiones possidet. Vel etiam Maria *una est perfecta*, quia tot, tanque eminentes possedit perfectiones, ut, sicut stellæ in conspectu solis evanescent et quasi non sunt, ita et aliorum sanctorum perfectiones, si cum Mariæ perfectionibus conferantur, quasi nihil censentur et ipsa sola perfecta esse videtur. Vel tandem Mariam Deus perfectam suam vocat, *una est perfecta mea*: quia eam omni perfectionum genere replevit; cum enim eam Deus ab æterno in Filii sui matrem elegerit, eam in tempore omnibus perfectionibus infinitæ huic dignitati convenientibus adornavit. Unde dicunt nonnulli, mensuram perfectionum Mariæ ex Dei potentia sumendam; ex hoc namque quod Deus Mariam ad divinam maternitatem evexit, optime inferitur,



quod, quantum juxta ordinem sapientia suae potuit, eam privilegiis et perfectionibus ditavit. Perfectissimam ergo fuisse Mariam nullus inficiabitur; eam ergo, licet perfectissimam Deo pii parentes obtulerunt. Joachim et Anna non imitati sunt ingratos illos parentes, qui quo perfectiores a Deo accipere filios, eo magis illos in Religione, vel in Ecclesia ei offerre renuunt; nec ei libenter offerunt, nisi corpore deformiores et ingenio hebetiores. Isti similes dicendi Caino, qui, quae in grege deteriora habebat, Deo sacrificabat: Joachim et Anna Abelem imitantes, non solum quod in domo eorum, verum et quod in toto orbe pretiosius et perfectius Deo obtulerunt; nempe Mariam eorum filiam, qua nihil praestantius in mundo reperiebatur, nec Deo offerri poterat. Unde sic piis Mariae parentibus congratulatur S. Joannes Damascenus: *o par beatum, Joachim et Anna, vobis omnis creatura obstricta est: per vos enim donum omnium donorum praestantissimum Creatori obtulit: nempe castam matrem, quae sola Creatore digna erat* (orat. 1 de Nat. Virg.). Joachim ergo et Anna Deo suam offerunt filiam, licet summe perfectam: *ac etiam licet summe dilectam.*

3. Vix concipi posset, quanto amoris affectu Mariam quaererentur Joachim et Anna. Eam a Deo precibus et fletibus multis impetrarant; eandem jam etate proveci popererant; illam, soluto sterilitatis vinculo, miraculose genuerant; unica haec eorum erat filia, cujus pulchritudinem sol et luna mirabantur et cujus praecelsae perfectiones angelos in admirationem rapiebant: his et aliis multis rationibus commoti pii parentes, filiam suam summo affectu diligebant. Nunquam filium suum Absalon ita dilexit David; nunquam Isaac suum Esau, nec Israel suum Josephum tantum amavit, quantum Mariam filiam suam amabant Joachim et Anna. Summe amabilis erat Virgo et summe a parentibus amabatur; eam tamen, licet summe dilectam, jucunde et hilariter Deo obtulerunt. Haud imitati sunt Joachim et Anna improbos illos parentes, qui quos oderant filios et filias, minis et flagellis, vi et metu, aliisque illicitis modis ad statum religionis capessendum cogunt, et qui contra, quos ex naturali propensione amant filios, a religionis

proposito deterrant, ac ne mundo valeant prohibent. Miseri haec parentibus totaliter dissimiles fuere Joachim et Anna; licet enim Mariam summo affectu diligerent, eam tamen voluntarie, libenter et hilariter Deo obtulerunt. Magna inter Annam Mariam et Annam Samuelis matres intercessit similitudo; utraque enim erat nupta, utraque sterilis, utraque ob sterilitatem afflicta. Templum utraque quam frequentissime aderat, utraque precibus multis prolem a Deo petiit; desiderii sui finem utraque obtinuit et utraque fetum quem peperit, Deo in Templo religiose obtulit atque sacravit. Praeterea in prolis amore specialiter similes apparent haec duae sanctae mulieres. Anna enim Samuelis mater filium suum dilexit veluti propria viscera: et ideo dixit Chrysostomus, eam sua immolasse viscera, cum filium suum Deo obtulit: *suorum viscerum filia est immolatrix* (hom. de Anna). Eodem prorsus modo Joachim et Anna suam diligebant filiam, eam veluti propria viscera amabant; nihilominus eam ita solemniter et hilariter Deo obtulerunt in Templo, ut ad hanc oblationem sacerdotes, virgines, cognatos et amicos multos convocaverint; non solum ut sacrae huius adstarent caeremoniae, verum et ut ipsis congratularentur, eo quod filiam suam non terrene, sed caelesti regi consecrarent: sic enim Annam Deiparae matrem loquentem inducit sanctus Germanus, Constantinopolitanus Antistes: *virginum caterbas coegi cum lampadibus et convocavi sacerdotes, congregavi cognatos meos, omnibus dicens: congratulamini mihi, quod hodie mater et productrix effecta sum, non regi terrene meam offerens filiam, sed Deo caelesti* (serm. de Praesent. Virg.). Ecce piam atque religiosam Joachim et Annae oblationem, ex qua discere debent parentes, filios suos, etsi amicos, etsi perfectissimos et summe dilectos non mundo et vanitati, sed Deo optimo, maximo ab ipsa infantia offerre. Meminerint parentes, statim esse draconem illum tartareum, quem vidit Joannes apertis faucibus expectantem partum mulieris, ut continuo illum devoraret: antequam enim pariatur pueri, expectat daemon partum illorum, ut quam citius poterit, eos ad peccatum alieiat et devoret; quapropter summa solitudine invigilare debent

parentes, ut filios suos adhuc tenellos, dæmoni, mundo et vanitati subtrahant, ac Dei obsequio totaliter mancipent. Nec dicant parentes: unicui nobis est puer, isque ita perfectus et a nobis ita dilectus, ut ejus propensionibus, licet pravis et malignis, nullatenus contraire audeamus. O parentes, si unicui vobis est filius, isque perfectissimus, eum diligere debetis; si autem illum vere diligatis, Dei obsequio eum dicabitis instar Joachim et Annæ, qui Mariam filiam suam unicam et summe dilectam, Deo ab ipsa infantia generose et hilariter obtulerunt. Ecce oblationem Joachim et Annæ. *Oblationem Mariæ nunc perpendamus.*

II PARS.

*Oblatio Mariæ, quæ seipsam Deo offert.*

Triplex sanctissimæ Virginis Mariæ fuit presentatio: *prima* ab æterno, cum menti Patris æterni præsens effecta ab eo in unigeniti Filii sui Matrem est electa; *secunda* fuit ab instanti conceptionis ejus; ex tunc enim semetipsam obtulit et exhibuit hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; *tertia* est presentatio hodierna in templo: ubi Deo oblationem sui facit promptam, integram et irrevocabilem: 1. *promptam*, quia dat se cito; 2. *integram*, quia dat se totaliter; 3. *irrevocabilem*, quia dat se pro semper.

1. Non arietem, non vitulum, non margaritas, non aromata, vel auri talenta, at semetipsam Deo hodie offert Virgo Maria, quæ licet tribus solummodo annis nata, perfectam Deo sui oblationem complet. Sciebat Virgo, quod *qui cito dat, bis dat*; sciebat etiam, quod non bene vult, qui tarde vult et quod *tarde velle, nolentis est* (Senec. de Benef. 1, 5); idcirco ab ipsa infantia seipsam Deo solemniter obtulit et dedit. Centum et viginti annos compleverat Abraham, cum filium suum Isaac Deo obtulit; triennis tantum erat Maria, cum seipsam Deo solemniter pompa consecravit. Ab instanti quo corpori beatis-

simæ Virginis infusa fuit anima, mens illius cœlesti lumine illustrata jam ex tunc ad eor. audire coepit loquentem Spiritum Sanctum, qui eam ad solemnem sui ipsius oblationem in Templo Jerosolymitano consumendam invitavit, dicens in corde illius: *veni columba mea, veni ad Templum Domini, ut ibi in perpetuum obsequium te Deo offeras*: quamprimum ergo et absque ulla dilatione ad Templum properavit Virgo, ibique Deo publicam sui ipsius oblationem fecit. Vidit Joannes beatissimam Virginem Lunam sub pedibus habentem; *Luna sub pedibus ejus* (Apoc. 12). Lunam sub pedibus habuit Maria, non solum quia omnia sublunaria contempsit et quasi pedibus calcavit, verum et quia citissime se Deo obtulit. Nullus planeta, ut adnotant astrologi, ita prompte et celeriter suum cursum peragit, ut Luna; ad idem enim unde moveri coepit punctum redit Saturnus post annos triginta, Jupiter post duodecim, Mars post duos, Sol post trecentos sexaginta quinque dies et aliquas horas, Mercurius et Venus idem fere tempus insumunt: at Luna viginti septem diebus et aliquot horis cursum suum perficit. In hoc quidem mundo omnes sancti ad Deum cucurrerunt, alii citius et alii tardius; beatissima Virgo, tanquam Luna mystica, alios omnes celeritate sua vicit: ab instanti enim conceptionis ad Deum toto corde properavit, Deoque se obtulit; et cum tertium a nativitate sua annum complevit, externam et publicam sui oblationem in Templo perficit. Hæc differentia notatur inter corvum et columbam, quos ab arca dimisit Noëmus, quod ad arcam non redierit corvus et ad eam reversa sit columba. Ad arcam non rediit corvus, quia fœtidis cadaveribus vorandis incubuit: columba vero, quæ supra cadavera aquis supernatantia requiescere noluit, reversa est ad eum, qui eam miserat. *Reversa est ad eum in arcam* (Gen. 8, 9). Omnes penitus homines tunc in hunc mundum a Deo mittuntur, cum in mundo nascuntur; ex his autem in terram a Deo missis hominibus multi fallacibus divitiis, vel turpibus deliciis inhærentes, ad Deum, a quo missi, minime revertuntur; Maria vero, veluti columba, ad Deum a quo missa est, quam citissime rediit per promptam sui oblationem: a primis enim vite suæ annis, cum



vix incidere posset, ad Templum læta properavit, ibi solemnem sui oblationem fecit, palamque se Deo obtulit, dicens: *ego dilecto meo*. Hominum multi a juventute illicitis se totos dedunt voluptatibus, dicuntque in corde suo: *ego voluptati*; alii divitiis comparandis inhiant, dicuntque: *ego divitiis*; alii ad honores et dignitates temporales assequendas anhelant, dicuntque: *ego honoribus*. Maria a primis vite suæ annis ad Templum se contulit, ibique coram sacerdotibus, amicis et parentibus se Deo alacriter obtulit, dicens: *ego dilecto meo*; seu, ut explicat Hugo cardinalis, *ego dilecto meo me offero*. Non desunt qui Deo in futurum se oblaturos pollicentur, dicentes: cum insequero, cum instabit mors, vel cum ab obruentibus negotiis liber et expeditus evasero, tunc Deo dilecto meo me offeram. Maria vero suam non differt oblationem; ipsa ad Templum triennis accelerat, ibique sese prompte Deo offert, dicens: *ego dilecto meo me offero*. Igitur beatissimæ Virginis oblatio fuit prompta, quia dedit se cito: *oblatio ejus fuit etiam integra, quia dedit se totaliter*.

2. Philomela suavissimum ex arbore frondosa viatoribus audiendum emittit cantum; si vero ad eam capiendam manum extendant, mox aufugit; et que tantum libere obtulit, seipsam offerre renuit. Similem in modum multi pecuniam, pecora, aliaque his similia, non seipsos Deo tradunt. Virgo autem se totam Deo obtulit, excepit nihil: nullo enim terreno affectu transitoris mundi bonis unquam adhesit, nec aliquid sui ipsius sibi reservavit, se totam et totaliter in holocaustum hodie Creatori suo consecravit; unde in Templo eam audire videro, dicentem: *Dominus possedit me* (Prov. 8, 22). Verum quidem, quod Deus ab instanti conceptionis ejus illam possederit ut Dominus et misericors: *ut Dominus*, quia ab hoc instanti Maria extitit ejus creatura, ac proinde ejus dominio sublita: *ut misericors*, quia ab hoc instanti per suam piissimam misericordiam eam ab originali labe præservavit; atvero novo titulo eam Deus hodie possidet, nempe titulo donationis, quia ipsa se totam Deo obtulit et dedit. Sanctæ Mariæ Magdalene oblationem adeo integram et perfectam dicit sanctus Ciprianus, ut totam se Deo obtu-

lerit, nihilque sui sibi reservavit: *nihil sibi de se retinens, totam se tibi decovit (de ablut. ped.)*. Magnum quidem hanc peccatricis Mariæ oblationem fuisse omnes norunt; tamen major haud dubie extitit oblatio innocentis et Dei Genitricis Mariæ, quæ hodie mentem, cor, manus, oculos, ora, seque totam Deo offert: *mentem* quidem, quam mysteriorum divinatorum contemplationi totaliter addicit: *cor*, in quo perpetuum amoris sacri ignem accendit: *manus*, quas sacri templi ministeriis consecrat: *oculos*, quos omnibus terrenis claudit: *os*, quod ad spiritalia et divina profundera solummodo aperit: se tandem totam Deo offert et consecrat: *totam se tibi decovit*. Unde specialiore quodam jure hodie dicere potuit Virgo: *dilectus meus mihi et ego illi* (Cant. 2); seu dilectus meus est totus mihi ex decreto Incarnationis, quo statuit in sinu meo quoad corpus, animam et divinitatem aliquot mensibus commorari; et ego vicissim tota sum illi per integram et totalem mei oblationem. O quam pauci se totos Deo offerunt! sua quidem multi, suos aliqui, se ipsos paucissimi Deo totaliter consecrant. Heu! quis vere asserere posset, se, suas omnes cogitationes, suos omnes affectus, seque totum Deo obtulisse? Quis vere dicere posset: ego totus sum Christo? Aliqui toti sunt bonis quæ possident; alii honoribus quos ambiunt: et alii alieni creature, quam plus quam par est diligunt; paucissimi toti sunt Christo. O Domine, converte nos ad te et fac, ut qui toti sumus a te, totos nos tibi offeramus instar Mariæ, cujus oblatio fuit integra, quoniam se tibi dedit totaliter: *fuit etiam irrevocabilis, quia dedit se pro semper*.

3. Magnum quidem in se et ex se extitit donum, quod hodie obtulit Maria, cum seipsam Deo totaliter consecravit; majus autem evasit ex affectu Virginis: *tum* quia seipsam obtulit ex purissimi amoris affectu: *tum* quia obtulit se generoso affectu non ad tempus solum, et in perpetuum se Deo consecrandi. Unde hæc verba: *dilectus meus mihi et ego illi*, sic explicat Hugo cardinalis: *et ego illi tota vivam et tota moriar*. Seu ego me Deo offero ita ut nunc et semper, sive in vita, sive in morte tota illi esse velim. Se Deo multi offerunt ad

tempus; hodie totos se Deo consecrant et intra paucos dies vili cuidam creaturæ tarpiter se mancipant. Cum ad penitentiae tribunal se sistunt, nil iis humilium, nil Deo sacratius; mox ab hoc tribunali ad loca se conferentes, in quibus peccare consueverunt, mox insurgunt adversus Dominum et adversus Christum ejus. Cum tempus sanctissimi Eucharistiae Sacramenti suscipiendi instat, totos se Deo pluries offerunt; et cum a sacra hac mensa recesserint, Deo se subtrahunt, ut omnes affectus suos, ac seipsos mundo et vanitati dedant. Hi quidem stulti censendi, qui cum lunam in capite habeant, sicuti luna mutantur: *stultus ut luna mutatur*. Maria autem lunam sub pedibus habuit; *luna sub pedibus ejus*: quia lunæ dominata, nil prorsus ejus mutabilitatis et inconstantiae extitit particeps; quin contra, constanti proposito totam sive in vita, sive in morte, se Deo in perpetuum obtulit. Hoc distare videtur inter Mariæ et aliorum quamplurium oblationem, quod discriminis inter glaciem et crystallum reperitur; sicut enim glacies, calore illam invadente, in labilem aquam facile resolvitur; crystallus vero, licet plurimum incalescat, soliditatem suam retinet, nec in labilem aquam per sui resolutionem exit; ita et oblationes quas Deo plerique hominum faciunt, frigide, fluxæ, labiles et transitoriae sunt, ac veluti glacies facile resolvuntur: oblatio vero Mariæ pura, firmâ et stabilis mansit sicut crystallus: non enim ad tempus sed in perpetuum Deo se obtulit. Miramini hanc Mariæ oblationem, simulque Deo, instar immaculatæ hujus Virginis, vosmetipsos offerte; vos et omnia vestra offerte Deo, a quo vos et omnia habetis: *da omnia ei, qui omnia donabit* (S. Greg. Nazianz. orat. 16). Ad hanc Deo oblationem perficiendam innumera vos movere debent rationes; præcipue vero merces magna, quæ dabitur in celo his, qui se Deo obtulerunt in hoc seculo; semper enim Deus dona largitur multo majora et pretiosiora iis, quæ ipsi offeruntur. Sicut *rex Salomon dedit reginæ Sabæ cuncta, quæ voluit et quæ postulavit et multo plura quam attulerat ad eum* (Parsl. 9); ita et Christus, verus Salomon, magna donat in celo iis qui parva ei offerunt in hac vita: ideo vos et vestra, quæ parva sunt, offerte Deo cum Maria

et instar illius, non solum prompte et totaliter, verum etiam constanter et irrevocabiliter Deo vos dedicate. In corde suo dicat quisque Deo: o Domine, *tuus sum ego*, meque totum tuum esse cupio; o Domine, cum totus a te sim, me totum tibi reddo, meque totum tibi offero oblatione perpetua, nec a firmo hoc proposito quidquam me movebit. Veniant adversum me terrificæ demoniorum legiones, insurgat adversum me infesta caro, accedat mundus, si velit; nec demonum savitia, nec mundi malitia, nec carnis illecebræ a meo me proposito movebant: *non movebor in æternum* (Psal. 14). Si hujusmodi vestra sit oblatio, acceptabilis Deo erit, ejusque merces copiosa erit in cælis. Amen.

## DE SANCTA CATHARINA

## CONCIO UNICA.

*Omnia gloria filia regis ab intus* (Psal. 44).

Fidelium cordibus internam aliquam dulcedinem et delectationem infundere videtur hodierna festivitas; plerique enim interno quodam afflictorum gaudio, memoriam celebrantes illustri illius filia, quæ de seipsa, de mundo, de idololatria, de philosophis et de tyrannis gloriose triumphavit, ut Christo virginium sponso totaliter adhaereret. De incomparabili virgine Catharina loquor; ejus natale solum fuit urbs Alexandria, in qua a parentibus nobilitate magna fulgentibus orta et juxta exitiosas mundi leges educata, altissima et inscrutabili Dei providentia, quasi e medio Babylonis educta est, et ad Christi fidem vocata; cujus fidei præcepta adeo perfecte calluit, et cui tam firmiter adhasit, ut de ea coram imperatoribus adversus philosophos gentiles doctissime disputaverit, ac pro ea generosissime, etiam



tempus; hodie totos se Deo consecrant et intra paucos dies vili cuidam creaturæ tarpiter se mancipant. Cum ad penitentia tribunal se sistunt, nil iis humilium, nil Deo sacratius; mox ab hoc tribunali ad loca se conferentes, in quibus peccare consueverunt, mox insurgunt adversus Dominum et adversus Christum ejus. Cum tempus sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti suscipiendi instat, totos se Deo pluries offerunt; et cum a sacra hac mensa recesserint, Deo se subtrahunt, ut omnes affectus suos, ac seipsos mundo et vanitati dedant. Hi quidem stulti censendi, qui cum lunam in capite habeant, sicuti luna mutantur: *stultus ut luna mutatur*. Maria autem lunam sub pedibus habuit; *luna sub pedibus ejus*: quia lunæ dominata, nil prorsus ejus mutabilitatis et inconstantia extitit particeps; quin contra, constanti proposito totam sive in vita, sive in morte, se Deo in perpetuum obtulit. Hoc distare videtur inter Mariæ et aliorum quamplurium oblationem, quod discriminis inter glaciem et crystallum reperitur; sicut enim glacies, calore illam invadente, in labilem aquam facile resolvitur; crystallus vero, licet plurimum incalescat, soliditatem suam retinet, nec in labilem aquam per sui resolutionem exit; ita et oblationes quas Deo plerique hominum faciunt, frigide, fluxæ, labiles et transitoria sunt, ac veluti glacies facile resolvuntur: oblatio vero Mariæ pura, firmâ et stabili mansit sicut crystallus: non enim ad tempus sed in perpetuum Deo se obtulit. Miramini hanc Mariæ oblationem, simulque Deo, instar immaculatæ hujus Virginis, vosmetipsos offerte; vos et omnia vestra offerte Deo, a quo vos et omnia habetis: *da omnia ei, qui omnia donabit* (S. Greg. Nazianz. orat. 16). Ad hanc Deo oblationem perficiendam innumera vos movere debent rationes; præcipue vero merces magna, quæ dabitur in celo his, qui se Deo obtulerunt in hoc seculo; semper enim Deus dona largitur multo majora et pretiosiora iis, quæ ipsi offeruntur. Sicut *rex Salomon dedit reginæ Sabæ cuncta, quæ voluit et quæ postulavit et multo plura quam attulerat ad eum* (Parsl. 9); ita et Christus, verus Salomon, magna donat in celo iis qui parva ei offerunt in hæc vita: ideo vos et vestra, quæ parva sunt, offerte Deo cum Maria

et instar illius, non solum prompte et totaliter, verum etiam constanter et irrevocabiliter Deo vos dedicate. In corde suo dicat quisque Deo: o Domine, *tuus sum ego*, meque totum tuum esse cupio; o Domine, cum totus a te sim, me totum tibi reddo, meque totum tibi offero oblatione perpetua, nec a firmo hoc proposito quidquam me movebit. Veniant adversum me terrificæ demoniorum legiones, insurgat adversum me infesta caro, accedat mundus, si velit; nec demonum savitia, nec mundi malitia, nec carnis illecebæ a meo me proposito movebant: *non movebor in æternum* (Psal. 14). Si hujusmodi vestra sit oblatio, acceptabilis Deo erit, ejusque merces copiosa erit in celis. Amen.

## DE SANCTA CATHARINA

## CONCIO UNICA.

*Omnia gloria filia regis ab intus* (Psal. 44).

Fidelium cordibus internam aliquam dulcedinem et delectationem infundere videtur hodierna festivitas; plerique enim interno quodam afflictorum gaudio, memoriam celebrantes illustri illius filia, quæ de seipsa, de mundo, de idololatria, de philosophis et de tyrannis gloriose triumphavit, ut Christo virginum sponso totaliter adhaereret. De incomparabili virgine Catharina loquor; ejus natale solum fuit urbs Alexandria, in qua a parentibus nobilitate magna fulgentibus orta et juxta exitiosas mundi leges educata, altissima et inscrutabili Dei providentia, quasi e medio Babylonis educta est, et ad Christi fidem vocata; cujus fidei præcepta adeo perfecte calluit, et cui tam firmiter adhasit, ut de ea coram imperatoribus adversus philosophos gentiles doctissime disputaverit, ac pro ea generosissime, etiam

cum propriae vitae discrimine, decertaverit. Si omnia quae in proclara hac virgine laudabilia habentur lustrare et hic adducere vellem, orationis mese nullus unquam esset finis; ideo ut brevitati consulam, eam laudare, ejusque encomium contexere intendendo ex his solummodo quae ipsi sunt propria, seu ex his quae a se habet et non ab aliis, quaeve illam intus et coram Deo laudabilem et commendabilem efficiunt: *omnis gloria filiae regis ab intus. Ave.*

Externa bona quae possedit sancta virgo Catharina, laudum ejus amplam et uberem materiam nobis ministrare possent, cum fuerit nobilissima, ditissima et pulcherrima: *nobilissima* quidem, quoniam patrem habuit regni Cypri monarcham: *ditissima*, quia moriens ipsius pater illam regni et bonorum suorum heredem instituit: *pulcherrima* tandem fuit et ideo ab imperatoris filio in sponsam desiderata et expetita (Vinc. Ferr. ser. de S. Cathar.). Haec et alia exteriora bona, quibus praefulsit sancta Catharina, amplam laudum segetem oratori profano praebent: verum quid majus et laude dignius in sacra hac virgine videt orator christianus, bona scilicet interna, seu bona illa, quae a se et a suis meritis habet, a quibus bonis illa potissimum laude digna efficitur: *omnis gloria filiae regis ab intus*. Ista autem bona sunt subtilis et solida ejus scientia, eximia et nivea ejus puritas, praecleara et invincibilis ejus constantia: Catharina enim fuit filia, virgo et martyr. Fuit 1. *filia* doctissima; 2. *virgo* purissima; 3. *martyr* constantissima. En tres internos gloriae titulos, quibus sancta Catharina illustratur: *omnis gloria filiae regis ab intus*. Ecce itidem tres hujus concionis partes.

## I PARS.

## S. Catharina fuit filia doctissima.

Sicut de Archimedis sphaera acute dixit Cassiodorus, quod *esset parva machina, sed graviora totius mundi*, ita et de Catharina dicendum videtur quod esset parva et juvenis filia, at subtilioribus et eminentioribus graviora scientiis, tum studio multo comparatis, tum ipsi a Deo mirabiliter infusis. Hoc noverant qui eam de altissimis fidei mysteriis disserentem audierunt, qui omnes eam doctissimas confessi sunt, tantaque extitit ejus scientia, ut ab ea 1. imperator fuerit attonitus; 2. philosophi fuerint convicti; 3. infideles ad catholicam fidem conversi.

1. Non latebat Maximum imperatorem Catharinam esse doctissimam; quin contra de mirabili ejus scientia certior factus, non unicum, aut alterum, simul quinquaginta peritissimos et celeberrimos advocavit philosophos, ut cum ea de religione disputarent. Superbia autem inflati, Catharinam contemnebant illi philosophi, dicentes, quod tot sapientes pro re tam parvi momenti otiose compellarentur atque hoc existimandum negotium non tot doctorum, verum unius ex eorum discipulis. Catharina, divinitus edocta et Spiritu Sancto allata ita de idolorum vanitate et de religionis catholicae veritate coram imperatore et tota civitate locuta est, ut audiens eam imperator obstupuerit et mirum in modum attonitus evaserit. Praeclaro dixit sanctus Leo, quod *ubi Deus magister est, cito discitur quod docetur* (hom. de Pentec.). Catharina enim, quo studiis magnam sibi scientiam comparaverat, hoc casu Deum magistrum habuit, tantaque a Deo ipsi subito infusa est scientia, ut mox sapientioribus sapientior sit effecta: a Deo enim edocta, stultitiam eorum qui idolis mutis et insensibilibus incensa adolent, clarissime demonstravit; idololatriam esse quid vanum, superstitiosum, impium et cultui veri Dei contrarium evidentissimis et fortissimis rationibus probavit; ac religionis christiane veritatem, majesta-



tem et sanctitatem ita propalavit, ut miraretur, obstupesceret vel potius iurbaretur imperator, videns, quod tam eminens et profunda sapientia ex adolescentula illius ore procederet. Igitur tanta extitit Catharinae scientia, ut attonitus manserit imperator; *tanta etiam ejus extitit scientia, ut ea victi et totaliter convicti fuerint philosophi.*

2. Imperator, omnis experta consilii et jam de felici hujus negotii eventu dubitans, philosophos ad certandum concitavit; qui omnes ad conflictum se accingunt; et nunc surgit unus, ut adversus Catharinam argumentetur; nunc in medium prodit alius, qui se sapienter arbitrat; jam iste, jam ille sua deponit argumenta; Catharina tanta facilitate et dexteritate nodos eorum solvit, tantaque majestate et rationum fortitudine loquitur, ut tandem famosi quinquaginta illi philosophi coram toto cœta arma posuerint, seque victos unanimiter confessi sint. Unde in virgine Catharina impleta apparuit illa Christi Salvatoris promissio: *ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri* (Luc. 21, 15). Tantam enim sapientiam Deus intellectui S. Catharinae infudit, ut quinquaginta fortissimi ejus adversarii ei nullatenus resistere poterint; et se convictos palam fateri cogerentur. De virga Aaronis in sacris codicibus fertur, quod virgas sapientum et magorum Ægypti adversus Moysen coram Pharaone disceptantium devoraverit. Similiter scientia Christi per os Catharinae effusa falsam et inanem philosophorum gentilium doctrinam coram imperatore ita devoravit, ut tota eorum scientia evanesceret et quasi in instanti totaliter perdita fuerit; quibus in adjunctis adimpletum est illud Dei oraculum: *perdam sapientiam sapientium* (1 Cor. 1, 10); ita enim tunc perdita et quasi annihilata fuit horum philosophorum sapientia, ut totaliter convicti, quasi obtulerint: *facebant ut muti* (Vinc. Ferr.). Urgebat eos imperator, et ira concitatus, ad eos clamabat: ubi nunc scientia vestra? non a multo tempore vos audivi dicentes, vel minimum ex vestris discipulis de hac adolescentula posse triumphare; triumphate nunc vosmetipsi de illa; loquimini jam vos magistri et doctoras; vincite Catharinam, si va-

leatis, eamque ad descendendum a sua religione et ad nostram amplectendam solidis rationibus cogite. Hoc sane fecissent, si potuissent; ad contra per Catharinam victi et convicti, nil ultra habebant quod loquerentur, ac quasi muti hærebant; et ideo Catharinam victricem agnoscentes, ad ejus pedes prostrati ad catholicam religionem se converterunt. O insignem Catharinae de tot doctissimis philosophis victoriam! O miram ejus scientiam, qua tot sapientes victos novimus! *Deinde tanta etiam ejus extitit scientia, ut ea multi infideles ad fidem converterentur.*

3. Philosophorum, theologorum et rethorum scientiam habuit Catharina. Habuit quidem scientiam philosophorum, quia fortissimis et solidissimis rationibus naturalibus probavit unicum esse Deum, qui fecit cœlum et terram; et clare demonstravit, idola, quæ venerabantur infideles, hæc esse veros deos, verum inania simulacra. Habuit etiam scientiam theologorum, quia quidquid magis abstrusum de sanctissima Trinitate, de Verbi incarnatione et de aliis mysteriis divinis elucidant theologi, ipsa profundissime penetravit et coram augustissimo cœtu clare explicavit. Habuit tandem scientiam, vel potius artem rethorum, quia cum finis rethoricæ sit, persuadere dicendo, ipsa, quod dicebat, auditoribus suis perfectissime suavit. Persuasit enim quinquaginta philosophis, ut relicta vana et futili sua secta, christianæ religioni nomen darent; quod et ipsi perferunt, et ideo ad mortem damnati sunt. Idem suavit sancta Catharina imperatrici, Maximæ imperatoris uxori; idem et persuavit Porphyrio, belli duci; idem suavit ducentis militibus et aliis innumeris Gentilibus, qui audientes divina verba, quæ ex virginis hujus ore fluebant, ad Deum conversi et martyrio coronati sunt. O mirandam et efficacem Catharinae rethoricam! O cœlestem ejus scientiam, qua infideles ad veram Christi fidem converterit! Cœlestis quidem et divina extitit ejus scientia. Si enim, ut ait sanctus Dionysius; *divinissimum est, operari salutem animarum*, divinissima dicenda Catharinae doctrina, quæ animarum multarum conversionem et salutem operata est: divina enim ejus scientia non solum philosophi, imperatrix et ducenti milites, etiam alii quamplurimi

infideles ad catholicam fidem vocati et ad Deum conversi perhibentur. Si ergo de Samaritanæ conversione dicat sanctus Cyrillus, quod arte sua Christus eam daemone furatus sit: *meretricem deprædatus est*; dicendum similiter de Catharina, quod ita eminens et divina extiterit ejus doctrina, ut per eam daemone deprædata sit quinquaginta ex sapientioribus totius orbis viris, imperatricem, belli ducem, multos milites et innumeros alios infideles, quos omnes ad christianam fidem convertit. Ecce filiam vere doctissimam; *que fuit etiam virgo purissima.*

## II PARS.

## S. Catharina fuit virgo purissima.

Ipsa virginitas puritatem dicit, nec potest esse virgo, quin pura sit: minima enim impuritas et corruptio voluntaria virginitatem tollit, facitque ut virgo esse desinat, que virgo erat. Licet autem omnes virgines magna debeant puritate fulgere, alie tamen aliis habentur puriores, ab omni corporis et animi immunditia remotiores, inter quas non ultimum locum tenet virgo Catharina, quam purissimam se servasse aspicio 1. *annulo*, quo subharravit eam Christus; 2. *laete*, quod ex amputato ejus capite fluxit; 3. *angelis*, qui eam sepelierunt.

1. Deus tanti facit virginitatem, ut optimos in quovis hominum genere hac virtute florere voluerit. Ut enim ait sanctus Hieronymus, *inter homines optimus Christus, hic virgo fuit; inter mulieres optima Maria, hæc virgo fuit; inter Apostolos Paulus per excellentiam Apostolus dicitur et virgo hic fuit; inter martyres Stephanus et Laurentius virgines extitere; inter prophetas Joannes Baptista virgo fuit; inter Evangelistas Joannes virgo fuit; inter confessores Martinus, Antonius, Basilius virgines fuerunt.* Sicut autem Deus optimos in quovis hominum genere virginitate florere voluit, ita et inter ipsas virgines Christus aliquas adnotavit eminentiori fulgentiores puritate, cum quibus speciale quoddam fœdus iniiit.

Sic cum Maria virginum purissima et regina tantum iniiit fœdus, ut illam in matrem sumpserit, ejusque Filius esse voluerit. Sic cum nonnullis aliis purissimis virginibus tanto fœdere jungi voluit, ut quasi puritate earum captus, illas signo externo desponsaverit, et in signum externum suæ desponsationis eis anulum sponsalium dederit. Quod specialiter accidisse fertur Catharinæ virgini Alexandrinæ, quam Christus desponsavit, præbens ei anulum, quem ipsa ut sacri pignus amoris omnibus vitæ suæ diebus religiose servavit. Hoc sane fuit signum amoris Christi erga virginem Catharinam; et hoc fuit etiam signum maximæ puritatis, qua Catharina fulgebat: non enim externum hoc fœderis signum ei Christus dedisset, nisi ipsa virgo purissima fuisset. Verum est, quod omnes sanctæ virgines sponse dicantur Christi Salvatoris, qui ut immaculatus virginum sponsus, *pascitur inter lilia* virginitatis. Certum est etiam, quod sicut terrenus sponsus huic, quam in sponsam sumit, dicit; *accipio te in meam*; ita Christus cuilibet ex sacris virginibus intus dicat; *accipio te in meam*: unde quælibet virgo sacra dicere potest; *sponsus meus mihi et ego illi*, quia sponsæ illæ spirituali fœdere ita Christo junguntur, ut Christus illis et illæ Christo sint. Igitur etsi omnes virgines Christus in sponsas sumat, et cum omnibus fœdus ineat, specialiori tamen modo Catharinam desponsare, et cum ea solemniori fœdere jungi voluit: fulgentissima enim puritate eam renitentem videns, eam majore quadam cum solemnitate spiritualiter desponsavit, et in desponsationis signum, ei anulum tradidit, quam ipsa in signum iniiit fœderis toto vitæ suo tempore studiose servavit. Catharina ergo fuit virgo purissima, cum eam Christus annulo subarchaverit; *fuit etiam virgo purissima, cum ex amputato ejus capite purissimum lac manacerit.*

2. Sicut Christus tanta puritate enituit, ut nulla in eo vel minima macula extiterit, ita tanta Catharina præstitit puritate, ut nullam in virginitate sua maculam passa sit. Unde, teste sancto Vincentio Ferrerio, sanctæ virgini Catharinæ dixerit potuisset Christus; *tota pulchra es amica mea, tota pulchra es et macula non est in te.* Ut autem Christus maximam hanc Ca-



tharinæ puritatem manifestaret, voluit, ut ex amputato ejus capite candidum et innocens lac loco sanguinis efflueret: *cum decollata fuit Catharina, fluxit lac pro sanguine in signum virginitatis*. Unde de Catharina dici potest, quod fuerint *mel et lac sub lingua ejus*: sub lingua enim ejus fuit mel sacre doctrinæ et divinæ ejusdem eloquentiæ, qua innumeris hominibus suavitatis, ut idolis abrenunciantes, unum Deum cœli et terre conditorem colerent. Sub lingua ejus latuit etiam lac, quod gladius detexit, cum caput ejus rescivit: ex capite enim ejus lac manare voluit Christus, ut notum foret, tam perfecta eam puritate nitere, ut nullam unquam in virginitate sua maculam passa fuerit. Præclare adnotavit sanctus Gregorius Nyssenus, hanc inter lac et alios liquores haberi differentiam, quod alii objecta sibi opposita representent, non autem lac: *cere in lacte observatum est, solum inter liquida hanc proprietatem habere, quod in eo nullius rei simulacrum aut similitudo conspiciatur*. Aqua v. gr. alicujus fluminis, vel alicujus stagni representat arbores, rupes et alia; que in ejus litore stant: representat et homines, equos, sues, nec non alia quævis animalia, que in ejus litore incedunt, vel aliud agunt: lac vero non representat objecta, que ipsi opponuntur: in eo non videntur species equi, suis, vel alterius ejusque objecti impuri. Proinde voluit Christus ex amputato Catharinæ capite fluere lactis abundantiam, ut manifestaret, tantam fuisse hujus virginis puritatem, quod in ea nulla immunditiæ et impuritatis species unquam visa sit. O quam pura censenda virgo Catharina! cujus puritatem aspicimur ex lacte, quod ex capite ejus manavit: *ac etiam ex angelis, qui corpus ejus sepeliarunt*.

3. Puritatem tanti faciebat hæc virgo sacra, ut Deum enixe rogaverit, quod post mortem corpus suum, ne quidem videretur ab impuris illis hominibus, qui in eam amore impuro exarserant. Exaudita est virginis oratio; nam mox hi spiritum Deo reddidit, corpus ejus in montem Sinai ab angelis fuit delatum, ibique ab illis honorifice sepultum: *angeli visibiliter corpus ejus per aera detulerunt in montem Sinai et ibi fabricato sepulchro angelicis manibus honorifice sepelierunt*. Angelicum

videbatur sanctæ Catharinæ corpus ratione puritatis angelicæ, qua pollebat; ideo non ab immundis hominibus, verum ab angelis, Deo sic disponente, in summitate montis Sinai sepeliri meruit. Cum diem obiit dives ille epulo, qui voluptatibus et peccatis multis deditus erat, a malis angelis, seu a daemonibus et immundis spiritibus sepultus est in inferno; e contra sancta Catharina, quæ corporis voluptates nesciebat et quæ erat virgo purissima, a bonis angelis in summitate montis Sinai, sic volente Deo, sepulta est. Sicut angeli sancto Clementi, viro puritatis amatissimo, ediculum marmoreum in templi forma et arcam lapideam fabricarunt; sicut etiam angeli sanctissimæ et purissimæ virginis Agathæ sepulchram dederunt, et ejus sepulchrum epitaphio ei appenso condecorarunt, ita angeli sanctæ Catharinæ pulchritudinem admirantes, eamque inter virgines purissimam conspicientes, sepulchrum ei parare voluerunt, corpus ejus ad illud detulerunt, angelicis hymnodiis ejus exœquias celebrarunt, eamque solenni pompa sepelierunt. Miramini sanctæ Catharinæ puritatem, quam quidem maximam auspicamur sive ab annulo quo eam Christus subarrhavit et a lacte quod ab amputato ejus capite fluxit, sive etiam ab angelis, qui corpus ejus sepultura mandarunt. Eadem autem sancta Catharina virgo purissima fuit etiam martyr constantissima.

## III PARS.

*Sancta Catharina fuit martyr constantissima.*

Nullus est martyr, cujus constantia nostris digna non sit laudibus: omnes enim fortes fuere in bello, nec martyrii palmam obtinissent, nisi constantes permansissent. Hodie specialiter demor sanctæ Catharinæ constantiam; constantissima enim extitit, ejusque constantia enituit contra imperatorem, contra tormenta et contra mortem: 1. *contra imperatorem*, cui fortiter restitit; 2. *contra tormenta*, quibus nunquam cessit; 3. *contra mortem*, quam nullo modo expavit.

1. Si vir constans nulli cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circumvenitur dolis (S. Bern. ep. 230 ad Pisan.), constantissima sano consensu Catharina respectu imperatoris, cui nunquam cessit, nec minis ejus concuti potuit, nec donis corrumpi, nec dolis circumveniri. Primo Catharinam minis aggressus est imperator; spirans enim minarum dixit ei, quod si religionem christianam non abnegaret et idola non adoraret, omnibus que excoGITARE posset supplicis eam torqueri juberet; his minis nil prorsus concessa virgo, quin contra easdem parvipendens, imperatori dixit: *quocumque tormenta potes excoGITARE, ne differas; quia carnem et sanguinem meum Christo offerre desidero*. A minis ad promissa deinde declinavit imperator et qui antea minas intendebat, jam promittit virgini, quod si propositum mutare, voluntatiq; suae acquiescere velit, eam ad gloria et honoris cultmen sublimabit; neque his promissis flecti et corrumpi potuit; quin contra, omnia promissa et oblata respuens, imperatori respondit: *desine talia offerre, quia ea accipere scelus esset*. A minis et promissis ad dolos transit imperator, omnibusque, quos excoGITARE potuit, dolis et artibus eam decipere et supplantare conatus est; nec etiam his omnibus dolis et fraudibus circumveniri potuit virgo; quin contra imperatori dixit: *depone imperator fictionem tuam, nec imiteris dolum vulpis* (Surius.). Constantissima ergo mansit Catharina adversus imperatorem, cum ei nunquam cessarit, ac minis promissis et dolis ejus constanter restiterit. Aspidis, Basilisc, Leonis et Draconis naturam induisse et speciem sumpsisse videtur Maximinus imperator respectu sanctae Catharinae. *Aspis* fuit, seu serpens veneno plenus, qui aures et cor suum obturavit, ne sanctissimae hujus virginis sapientiam audiret et ne celesti ejus eloquentia ad veri Dei cultum adduceretur. *Basilisc*: speciem induit, quia instar serpentis, qui basiliscus dicitur, caput corona redimitum gerebat et venenum exitiosissimum undequaque spirabat. *Leo* apparuit, Leonisque formam et speciem sumpsit; furore enim rugiit, tormentis tormenta adjiciens et crudeli adinventione novas semper tormentorum species adversus

Catharinam excoGITANS. *Draco* extitit, qui *misit ex ore suo post mulierem aquam, tanquam flumen* (Apoc. 11): evomit enim contra virginem Catharinam flumen aque, seu malitiae, qua eam absorbere arbitrabatur. Jamvero quaecumque formam induerit Maximinus, ei constanter restitit Catharina et de eo triumphavit; ac super hanc aspitem et basilicum ambulavit, huncque Leonem et Draconem conculcavit: ideo depingi solet Catharina, imperatoris caput pedibus conculcans, ut indicetur, quod imperatori constanter restiterit, quodque de illo triumphaverit. Catharina vero constantissima contra imperatorem, cui resistit, constantissima etiam stetit contra tormenta, quibus non cessit.

2. Sicut de sancto Stephano ait Augustinus, quod *supplicis non cessit, sed pro persecutoribus intercessit*, ita de sancta Catharina dicendum, quod tanta generositate et constantia pro Christi fide decertaverit, ut supplicis nullis cesserit nec ad declinandum a fide Catholica adduci potuerit. Fuit primo hominum nervis toto corpore caesa et dilanata, ita ut sanguinis rivuli profluerent; non huic tormento cessit virgo. Fuit deinde intra tetrum carcerem duodecim diebus clausa, totoque hoc tempore absque alimentis relicta, ut fame periret; nec huic cessit supplicio. Ingeniosa postea crudelitate aptatae sunt quatuor rotae crebris et acutis circumseptae gladiis, ac ita dispositae, ut sacrum virginis corpus ab iis in varias partes crudeliter frangeretur et disseceretur, nisi Deus tunc illud miraculose praeservasset; neque etiam huic et aliis quibusque supplicis cessit virgo. O mirandam virginis et martyris hujus constantiam! Sicut Christus, qui in mundo licitis gaudiis et voluptatibus frui poterat, pati et dira pro salute nostra perferre libere elegit, ac *proposito sibi gaudio sustinuit crucem* (Hebr. 12), ita Catharina, atpote terreni regis filia, mundi gaudiis et deliciis frui poterat, si voluisset; ipsa vero pro Christi Salvatoris amore dira quaeque pati praelegit. Jam ei ab Imperatore offeruntur honores, divitiae, omnisque generis voluptates et jam ab eodem dirissima et crudelissima ei indicuntur tormenta. Elige, virgo sacra, ad quaecumque volueris extende



manum tuam; en ex una parte honores, divitias et omnia mundi oblectamenta: en ex altera parte flagella, rotæ et alia crudelitatis instrumenta ad te torquendum paratas; elige quod volueris. Elegit quidem virgo invictissima, elegit sapienter, ne præeligit crucem et supplicia, quæ tanta constantia pertulit, ut is nunquam cesserit, nec ad declinandam a fide cogi potuerit. Itaque Catharina fuit martyr constantissima contra tormenta, quibus nunquam cessit: *fuit etiam martyr constantissima contra mortem, quam nullo modo timuit.*

3. Mors suam habet rethoricam, qua iis, qui pro Christo mori se præparant, siepe suadet, ut a Christi fide desciscant. Ille rethorica, ut advenit Chrysostomus, usa est mors, ut Paulo apostolo Christum negare suaderet. *Mors*, inquit aureus ille orator, *Paulo dicebat intus, quod Christum negare deberet, quia eum negans, nullam injuriam nullumque illi malum inferebat; et tamen hoc faciendo ipse vitam in tuto ponebat. Quod si contra Christum non negaret, sed illum constanter confiteretur, per hoc Christus majorem non acquireret gloriam et ipse in manifesto poneretur discrimine perdeni vitam.* O quam potest hujusmodi mortis rethorica ad concutienda constantissimorum quorumque hominum corda! hæc tamen mortis rethorica Paulam decipere et ad Christum negandum inducere non potuit. *Mors ei non persuasit, quod Christum negaret* (S. Chrysost.); quin contra constantissime semper dixit Paulus, se etiam cum vitæ discrimine et per mortem glorificaturum Christum: *magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem* (Phil. 1, 20). Eadem hæud dubie rethorica usa est mors, ut Catharina a Christo desicere et ad imperatoris voluntatem declinare suaderet: eadem quidem, aut similia mors adversus Catharinam adduxit argumenta. Et, ut ait sanctus Vincentius Ferrerius, Maximinus argumentatus est adversus illam per locum a *timore mortis*; cum mors sit omnium terribilium terribilissimum, credebatur imperator, quod Catharinæ proponendo mortem subeundam, nisi Christum negaret, ipsa perterrita, statim Christum negaret; virgo christiana mortem non

timuit, quin potius pro Christo mori ambivit. Unde, ut subdit sanctus Vincentius Ferrerius, ipsa argumento sumpto a *timore mortis* (ibid.), respondit per perseverantiam et gratias agens Deo. Non timet mortem Catharina, imo constanter illam ambit; non timet mortem, imo gratias agit Deo, eo quod pro ejus gloria cito mori contingat; non timet mortem, quinimo summo affectu desiderat, ut sponse suo Christo frui valeat. O magnam hujus virginis constantiam! Ecce martyrem vere constantem. Miramini nunc scientiam hujus filie, puritatem hujus virginis et constantiam hujus martyris. Miramini, inquam, Catharinæ scientiam, et si quæ in vobis sit scientia, ea non ad vanitatem, verum ad Dei gloria utimini. Qui enim Deum sciunt et Deum non honorant, insipientes et stulti dicendi, magnamque sibi damnationem acquirunt. Quapropter si quæ in vobis habeatur scientia, eam ad Dei gloriam insumite, sicut sancta Catharina, qua omni sua scientia ad Deum glorificandum incubuit. Dein sanctissimæ hujus virginis puritatem saltem aliquantulum imitamini. Alia est puritas conjugatorum, alia viduarum et alia virginum. *Primam* sanctus Augustinus comparat puritati stellarum; *secundam* puritati lunæ; *tertiã* puritati solis. Si in statu conjugii sitis, tenete puritatem huic statui convenientem, castitatem conjugalem religiose servate. Si in statu viduitatis vivatis, continentiam, quæ est puritas huic statui competens, accurately servate. Si virginitatis decus possideatis, virginitatem æstimate, virginitatem colite, et si vocet vos Deus ad eam toto vitæ vestre tempore servandam, ambite puritatem illam, quæ solis puritatem æmulatur, et omni sollicitudine pretiosum hunc thesaurum custodite. Imitanda tandem sanctæ Catharinæ constantia. Si Catharina aliquandiu solum in fide et bonis operibus perseverasset, æternam beatitudinem hæud fuisset consecuta; sed quia constans fuit usque ad mortem, accepit coronam vitæ. Similiter parum vobis proderit a peccato per penitentiam surgere, et aliquandiu bonis operibus insudare, nisi perseveretis usque ad mortem, quoniam hi solum salvantur, qui in Dei gratia et in bonis operibus perseverant usque ad ultimum vitæ terminum: *Qui perseveraverit usque*

*in finem, hic salvus erit.* Itaque sanctissimæ martyris Catharinæ constantiam imitâmini. Estote simul cum illa constantes usque ad mortem in Dei obsequio et in virtutum exercitio, et cum illa coronam gloriæ percipietis in cœlo. *Amen.*

## DE FIDELIBUS DEFUNCTIS

## CONCIO PRIMA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quæ sunt hæ gementium hominum voces, quibus nostræ hodie reverberantur aures? Qui sunt iterati illi plorantium clamores, qui e terræ visceribus egrediuntur, ut nostrum implerent auxilium? Qui sunt tristes illi accentus, qui ad usque corda nostra perveniunt, quique ex haud dubie in commiserationis lacrymas resolverent, nisi penitus insensibilia et obdurata haberemus? Nolite errare *fratres*: certum enim, quod non aliæ sint hæ voces, quam parentum vestrorum, qui in subterraneo justitiæ divinæ carcere delinuntur, non alii hujusmodi clamores, quam propinquorum et amicorum vestrorum, qui in purgatorio ingemiscentes clamant et ululant, ut vos ad misericordiam flectant; non alii tandem censendi lugubres hi accentus, quam voces sanctorum quorundam et piorum virorum, qui cum in hoc sæculo plene et integre Deo non satisfecerint, gravibus addicuntur suppliciis, vosque enixe deprecantur, ut eorum miseremini, utque precibus, elemosynis, aliisque piis operibus eos a gravibus quas patiuntur penis erueretis. Audite patrem, audite matrem, audite amicos et benefactores, qui ad vos clamant de terræ centro dicentes: *miseremini mei, miseremini mei.* Ut autem ad miserandum animarum in purgatorio degentium vos allicere valeam, octo de purgatorio con-

ciones instituam, in quibus purgatorium proponam 1. ut locum tormentorum; 2. ut præcipitium horrendum; 3. ut tetrum carcerem; 4. ut fornacem accensam; 5. ut terram æruginosam; 6. ut miseriarum lacum; 7. ut puteum amaritudinis; 8. ut baptismum acerbissimum. En octo concionum de purgatorio habendarum materiam et distributionem. Quia vero *qui in purgatorio sunt, gaudent auditio nomine Mariæ* (Dionys. Carth. de laud. Mar.), venerandum hoc audiatur nomen, ac Virginis Mariæ auxilium imploremus. *Ace.*

Tria mortuorum genera distinguit divus Augustinus, quorum alii boni sunt, alii valde mali et alii medium inter utrosque tenent: *quidem sunt valde boni, alii valde mali et alii in statu medio* (Enchirid. 108). Qui adeo boni sunt, ut iis nihil in hora mortis purgandum supersit, ad paradysum recta migrant, ubi Deo fruuntur, suisque meritis debitam mercedem percipient: qui vero ex hoc mundo exeuntes adeo mali inveniuntur ut lethalis ejusdem sceleris sint rei, præcipites ad tartara ruunt, ubi æternum cruciabuntur; qui tandem nec valde boni, nec valde mali, seu, qui nullo quidem mortali peccato inquinantur, venialium tamen purgandorum, aut temporalium quarundam pœnarum exsolvendarum justitiæ divinæ debitores, ad tertium quendam locum pergunt, ad purgatorium scilicet, a quo non egredientur, nisi prius totaliter justitiæ Dei fecerint satis: *non exies inde, donec reddas nocissimum quadrantem* (Matth. 5). Misso primo ac secundo, de tertio dumtaxat mortuorum ordine, seu de mortuis qui in purgatorio cruciantur, jam loquimur; hi soli nostram opem implorant; hi supplices ad nos clamant, ut eorum miseremini, *Miseremini mei, miseremini mei.* Ut autem vos ad iis miserandum et subveniendum alliciam, purgatorium hodie ut locum tormentorum proponam, dicamque, purgatorii tormenta esse 1. gravia; 2. diuturna; 3. justa. *Sunt gravia* plus quam concepi queat; *sunt diuturna*, plus quam explicari possit; *sunt justa* et justo imposita, plus quam dici valeat. Gravitas, diuturnitas et justitia tormentorum purgatorii totam hujus concionis materiam suppediabant.



*in finem, hic salvus erit.* Itaque sanctissimæ martyris Catharinæ constantiam imitâmini. Estote simul cum illa constantes usque ad mortem in Dei obsequio et in virtutum exercitio, et cum illa coronam gloriæ percipietis in cœlo. *Amen.*

## DE FIDELIBUS DEFUNCTIS

## CONCIO PRIMA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quæ sunt hæ gementium hominum voces, quibus nostræ hodie reverberantur aures? Qui sunt iterati illi plorantium clamores, qui e terræ visceribus egrediuntur, ut nostrum implerent auxilium? Qui sunt tristes illi accentus, qui ad usque corda nostra perveniunt, quique ex haud dubie in commiserationis lacrymas resolverent, nisi penitus insensibilia et obdurata haberemus? Nolite errare *fratres*: certum enim, quod non aliæ sint hæ voces, quam parentum vestrorum, qui in subterraneo justitiæ divinæ carcere delinuntur, non alii hujusmodi clamores, quam propinquorum et amicorum vestrorum, qui in purgatorio ingemiscentes clamant et ululant, ut vos ad misericordiam flectant; non alii tandem censendi lugubres hi accentus, quam voces sanctorum quorundam et piorum virorum, qui cum in hoc sæculo plene et integre Deo non satisfecerint, gravibus addicuntur suppliciis, vosque enixe deprecantur, ut eorum miseremini, utque precibus, elemosynis, aliisque piis operibus eos a gravibus quas patiuntur penis eruere conemini. Audite patrem, audite matrem, audite amicos et benefactores, qui ad vos clamant de terræ centro dicentes: *miseremini mei, miseremini mei.* Ut autem ad miserandum animarum in purgatorio degentium vos allicere valeam, octo de purgatorio con-

ciones instituam, in quibus purgatorium proponam 1. ut locum tormentorum; 2. ut præcipitium horrendum; 3. ut tetrum carcerem; 4. ut fornacem accensam; 5. ut terram æruginosam; 6. ut miseriarum lacum; 7. ut puteum amaritudinis; 8. ut baptismum acerbissimum. En octo concionum de purgatorio habendarum materiam et distributionem. Quia vero *qui in purgatorio sunt, gaudent audito nomine Mariæ* (Dionys. Carth. de laud. Mar.), venerandum hoc audiatur nomen, ac Virginis Mariæ auxilium imploremus. *Ace.*

Tria mortuorum genera distinguit divus Augustinus, quorum alii boni sunt, alii valde mali et alii medium inter utrosque tenent: *quidem sunt valde boni, alii valde mali et alii in statu medio* (Enchirid. 108). Qui adeo boni sunt, ut iis nihil in hora mortis purgandum supersit, ad paradysum recta migrant, ubi Deo fruuntur, suisque meritis debitam mercedem percipient: qui vero ex hoc mundo exeuntes adeo mali inveniuntur ut lethalis ejusdem sceleris sint rei, præcipites ad tartara ruunt, ubi æternum cruciabuntur; qui tandem nec valde boni, nec valde mali, seu, qui nullo quidem mortali peccato inquinantur, venialium tamen purgandorum, aut temporalium quarundam pœnarum exsolvendarum justitiæ divinæ debitores, ad tertium quendam locum pergunt, ad purgatorium scilicet, a quo non egredientur, nisi prius totaliter justitiæ Dei fecerint satis: *non exies inde, donec reddas nocissimum quadrantem* (Matth. 5). Misso primo ac secundo, de tertio dumtaxat mortuorum ordine, seu de mortuis qui in purgatorio cruciantur, jam loquimur; hi soli nostram opem implorant; hi supplices ad nos clamant, ut eorum miseremini, *Miseremini mei, miseremini mei.* Ut autem vos ad iis miserandum et subveniendum alliciam, purgatorium hodie ut locum tormentorum proponam, dicamque, purgatorii tormenta esse 1. gravia; 2. diuturna; 3. justa. *Sunt gravia* plus quam concepi queat; *sunt diuturna*, plus quam explicari possit; *sunt justa* et justo imposita, plus quam dici valeat. Gravitas, diuturnitas et justitia tormentorum purgatorii totam hujus concionis materiam suppediabant.

## I PARS.

*Tormenta purgatorii gracia sunt.*

In futuro sæculo plus quam explicari queat, terribilis patebit Dei iustitia: non de inferno loquor, in quo æternum cruciantur impij, solummodo de purgatorio, in quo fidelium et piorum defunctorum tormenta sunt gravissima, utpote quia 1. suppliciiis martyrium majora; 2. suppliciiis Christi acerbiora; 3. suppliciiis damnatorum aliquo modo similia.

1. Nullum tam acerbum, tamque horribile excogitari potest supplicium, quod martyres non perpessi sint a tyrannis, qui infando crudelitatis ingenio omnes adinvenere cruciandi artes, omnimoda ad torquendos fideles savitie assumpsere instrumenta, omniaque eorum variis et horrendis modis membra cruciarunt. Unde sic apud Tertullianum de tyrannis conqueruntur martyres: *cervices ponimus, ad bestias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnamur, in insulas relegamur* (Apol. 12), aliæque innumera supplicia patimur. Martyrum multarum varia supplicia innumeri delineantur auctores, eorum tormenta enarraut et exaggerant multi, quæ quidem cum serio recogitamus, mens hæret, trepidat cor: nec facile concipere valemus, quomodo delicata caro, artus debiles, ac corpus corruptibile, ferri, flammarum, flagellorum, equulorum, aliorumque a tyrannis adinventorum suppliciorum vim tolerare poterint. Jamvero, christiane, no torrearis in tantorum suppliciorum contemplatione; alia namque his longe acerbiora, ac terribiliora nobis hodie sancta proponit Ecclesia, ea scilicet, quæ in purgatorio igne animæ fidelium patiuntur, quibus martyrum tormenta nec conferri possunt; *nulla supplicia latronum, vel martyrum, cum illis purgatorii poenis sunt conferenda* (V. Beda.). Velim dicas, gravissima exitisse supplicia *Larentii*, cum supra craticulam combureretur; *Agnæ* in medio flammarum vortices projectæ; *Bartolomei*, cum crude-

liter est excoxiatus; *Luciæ*, cum ei eruti oculi; *Apolloniae*, cum ei evulsi dentes, et *Clementis*, cum liquato plumbo perfusus est. Si tamen hæc et alia martyrum tormenta, cum piacularibus purgatorii suppliciiis conferas, levissima et quasi nulla esse censebis. *Nulla supplicia latronum, vel martyrum, cum illis purgatorii poenis sunt conferenda.*

2. Addit sanctus Bernardinus [Senensis, animarum purgatorii tormenta, non solum martyrum suppliciiis, verum et poenis quas Christus in toto passionis suæ decursu pertulit, esse graviora. *Dico poenas purgatorii in acerbitate excedere poenas omnium martyrum et etiam Christi* (ser. de purgat.). Perpendite serio quanta passus sit Christus, cum a Judæis captus est; cum flagellatus, spinis coronatus et cruci affixus. Attendite, quanta a Juda, ab Herode, a Pilato, Judæis et Gentilibus sit perpressus. Exaggerate, quantum placuerit, poenas, quas pro vestri salute in horto Gethsemani, in prætorio Pilati et in monte Calvaria sustinuit. Hæc quidem in se, et respectu personæ quæ patitur, gravissima et acerbissima noscuntur; si tamen cum purgatorii suppliciiis conferantur, asserit S. Bernardinus, *poenas purgatorii in acerbitate excedere poenas omnium martyrum et etiam Christi*. Hoc idem docent alij Doctores, inter quos recensetur divus Thomas, qui loquens de dolore animæ patientis in purgatorio et comparationem insituens inter poenas quas Christus in cruce sustinuit et poenas purgatorii, asserit poenas purgatorii esse acerbiore et duriores, dicens « quod dolor animæ separatæ patientis pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum hujus vite, sicut sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vite; unde cum dicimus Christi dolorem esse maximum non comparamus illum dolori animæ separatæ » (3 p. q. 46, ar. 6 ad 3).

3. Nec mirum, si præfati auctores purgatorii poenas martyrum et Christi suppliciiis graviore censeant, cum purgatorii poenæ sint alterius rationis, alterinsque ordinis a poenis hujus mundi, sintque inferni suppliciiis aliquo modo similes. Quod et ipsa docere videtur Ecclesia, cum pro fidelium defun-



etorum animabus orans, Deum deprecatur, ut ab inferni pœnis eas liberet. *Libera eas de pœnis inferni.* Sic enim loquitur, non quod ab inferno eas erui postulet: *in inferno enim nulla est redemptio*; postulat sancta Ecclesia, ut fidelium animæ ab inferno liberentur, quia supplicia quibus in purgatorio cruciantur, inferni supplicij quodammodo æquantur. Scio, pœnas in inferno esse perpetuas et non in purgatorio; hoc ergo excepto, certe in aliis multis purgatorii supplicia tartareis similia esse facile convincitur; si enim inferni pœnæ sint gravissime ratione loci, in quo damnati detinentur, nonne purgatorius carcer, sicut et infernalis, circa terræ centrum ponitur? Si in damnatis acerbissima sentiatur pœna sensus, nonne, ut docent theologi, *dolor purgatorii est ejusdem ordinis cum pœna sensu inferni?* (Suarez. in 3 p., dis. 33). Si tandem pœna damni, seu privatio visionis Dei sit omnium pœnarum inferni acerbissima, nonne eam pœnam participant animæ purgatorii? Nonne hæc ad tempus Dei visione privantur? Et nonne gravissimum hoc illos manet supplicium, quod pro levissimis culpis a visione Dei, quam intensissime diligunt et quem summopere videre desiderant, ad tempus retardantur? Certo quoad hæc omnia animarum purgatorii pœnæ, inferni pœnis inveniuntur similes. Unde, sicut dicimus, minimam inferni pœnam maximis quibusque hujus mundi pœnis fore majorem, ita et de purgatorii supplicij asserit S. Anselmus, *eorum minimum majus esse, quam maximam, quod in hac vita excogitari (in Elueid.)*. O quam gravia et acerbissima quæ in purgatorio patiuntur fidelium animæ! O quam terribilis est Dei justitia in plectendo has animas, quæ in statu gratiæ ex hac vita migrarunt. Igitur o quam duri et insensibiles sunt fideles respectu illarum animarum, quæ eorum auxilia implorare non desinant, clamantes *miseremini mei, miseremini mei!* Plerique fidelium similes videntur idolis, quæ oculos habent et non vident, quæ aures habent et non audiunt. Cum enim pœnarum purgatorii gravitatem depingimus et delineamus, ab iis oculos et mentem avertunt: *oculos habent et non vident.* Cum animas in purgatorio gementes et clamantes proponimus, nullo modo attendunt, et

ut ita dicam aures obstruunt, ne audiant: *aures habent et non audiunt.* Clamat pater, clamat mater, clamant amici, et non est qui exaudiat. O magnam immanitatem! heu, inquit S. Augustinus, si clamet porcus, omnes ad eum accelerant; si in foream cadat asinus, omnes adstantes eum sublevare conantur; tanta vero habetur hominum duritia, ut de sublevandis parentibus et amicis, qui in horrendam purgatorii foream ceciderunt, nullo modo cureat: *clamant porcus, et cum eo clamare non cessant alii: cecidit asinus et eum omnes sublevare festinant: clamat Christi fidelis et non est qui respondeat.* O fratres, audite voces fidelium e purgatorii faucibus ad vos clamantium; eorum misereamini, ac eos liberare conamini a suppliciis, quæ patiuntur; quæ gravia sunt, ac etiam diuturna.

## II PARS.

*Tormenta purgatorii diuturna sunt.*

Quando in terris moramur, perficiendis bonorum vel malorum operum fasciculis incumbimus; nunquam ex hoc mundo eximus, quilibet fasciculum suum desert: *unusquisque omni suum portabit* (Gal. 5, 6). Hi quorum fasciculi ex solis operibus bonis constant, hilariter incedunt, pretiosisque illis fasciculis, quasi aliis aureis, ad sidera æternum regnatum extoluntur; hi vero, quorum fasciculi ex usuris, impudicijs, aliisque lethalibus peccatis constituuntur, Babilonicis illis operibus opprimuntur, ac ad tartara æternum cruciandi detrahuntur: hi vero, quorum fasciculi ex solis culpis venialibus, aut aliquibus pœnarum temporalium reliquijs solvendis coalescunt, in purgatorium precipitantur, ubi diu cruciabantur: *longo tempore cruciandi sunt* (S. Aug. ser. de igne purgat.). Sanctus Vincentius Valentini scribit, damnatum fuisse quandam purgatorio igni per integrum annum propter unicum peccatum veniale. Heu! si pro unico veniali, anno integro hic acerbis-

sima purgatorii supplicia pertulerit, quanto, quæso, tempore his suppliciis cruciabuntur, qui graves multorum mendaciorum, verborum inanium, ac aliorum peccatorum venialium fasciculos coacervare non desinant? Nonne hi diutius in hoc iustitiæ divinæ carcere cruciabuntur? Nonne hi pro gravitate et numero venialium quæ perpetrarunt et gravius et diutius torquebuntur? Certe *quæ fuerit peccati materia, tanta erit pertransundi mora* (Aug. h. 16. ex 50). Totus contremisco, cum probatas multas mente revolvō revelationes, quibus constat ex animabus, quæ nunc in purgatorio cruciantur, plurimas in eo usque ad extremi iudicii diem esse permansuras. Legatur Dionysius Carthusianus, qui aliquem ex fidelibus ad purgatorium damnatis, Deo permittente, post mortem apparuisse ait, ac dixisse; *scio, quia ante diem iudicii veniam non obtinebo (de quatt. noviss., art. 47)*. Legatur venerabilis Beda, qui de quodam viro Drithelmo dieto narrat, quod post mortem ad purgatorium delatus, in eo innumeras fidelium animas patientes viderit, dixitque ei quidam angelus: *scito quod ex his animabus plurimæ usque ad extremi iudicii diem ibi torquebuntur, si fidelium precibus et suffragiis non liberentur (Hist. Anglic. 5, 13)*. Legatur Bellarminus in libro *de gemitu columbe*: legantur et alii quamplures, qui nonnulla his similia referunt. Quæ si credere quis renuat, attendat ad piam consuetudinem Ecclesiæ, quæ anniversaria pro defunctis perpetua, seu usque ad iudicii diem persolvenda passim instituit, hæc præxi indicans, eos pro quibus hæc anniversaria constituuntur, in purgatorio usque ad extremi iudicii diem posse remanere, cum pro iis ad hunc usque diem preces fieri velit. O quam diuturnæ erunt purgatorii pœnæ iis, qui in eo usque ad iudicii diem torquebuntur! Esto quoque, quod non usque ad tremendum hunc diem, imo nec usque ad centum, vel viginti annos quis suppliciis illis adjudicetur: esto quod ad purgatorias hæc pœnæ tribus solummodo diebus, vel tribus horis perferendas quis damnetur, verum semper erit, eas diuturnas fore, quia dies et hora plus in purgatorio durant, quam in hoc mundo: illis etenim qui in horrendis et formidandis iis regionibus patiuntur

unica hora tamquam mille anni videntur. Nolo hic adducere quod refert sanctus Antoninus de aliquo, qui cum nondum una hora in purgatorio passus esset, plurimis annis in eo permansisse credebatur; taceo hoc et alia exempla, quæ a multis circumferuntur; nam ipsa ratio dicat, momenta et horas animabus fidelium in purgatorio degentium diutissime durare. Quod ut sole clarius pateat, dicitō, quæso, o christiane, si ab humana et sæculari iustitiâ ad manum intra ardentis prunas quadrantis unius spatio tenendam damnararis, nonne hic quadrans plus quam mille alii quadrantes, imo et plus quam mille dies tibi duraret? Certe non solum plus quam mille dies, verum et plus quam mille anni tibi durasse videretur. Ergo o quam diuturniora momenta et quam longiores videntur quadrantes animabus purgatoria supplicia patientibus! Cum enim illarum pœnæ sint nostris longe graviores, ita et iis qui illas patiuntur, diuturniores et longo prolixiores videntur: *gracius est*, inquit D. Augustinus, *esse in purgatorio ad ictum oculi, quam quicquid pœnæ in hac vita possit excogitari (de pœnit. dist. 7, c. ult.)*; o quam diuturna ergo sunt purgatorii tormenta iis qui illa patiuntur! Iis quidem quodlibet momentum longissimum apparet; iis horæ et dies videntur anni et sæcula; tantoque iis diuturniora videntur supplicia quæ perferunt, quanto graviora et acerbiora sunt. O christiane, quam longa et diuturna tibi erunt purgatorii tormenta, si ad annos, vel etiam ad dies solum aliquid iis adjudicaris! Una dies tamquam mille anni tibi erit, tuncque amare flebis et ingemiscas, eo quod ex hoc mundo purgatus non discesseris; sic ideo in hac vita animam tuam lava; sic eam ab omni inquinamento purifica ut nil in alia tibi purgandum supersit. Artem docet D. Augustinus prolixas et diuturnas hæc purgatorii pœnæ abbreviandi et in compendium redigendi. Hæc ars in hoc consistit, quod iustitiæ divinæ debitores eidem in hoc sæculo precibus, lacrymis, elemosynis, aliisque piis operibus satisfaciant: *quæ omnia reparari per elemosynas et lacrymas compendiosa tractatione possent*. O fratres, hæc arte utimini, dum in hoc mundo vivitis et diuturna hæc pur-



gatorii supplicia respectu vestri brevissima, imo et nulla manebunt: eandemque compendiosam artem ad abbreviandas piorum defunctorum penas assumite. Audite eos clamantes; *miseremini mei, miseremini mei*. Heu! quam multi a decem, viginti et longe pluribus annis ibi clamant! O christiane, tuus forte pater, mater tua, uxor, filii, multique ex amicis tuis a pluribus annis cruciantur, tuumque auxilium implorant; iis qualibet dies ob gravissima quae patiuntur supplicia annis integris longior videtur. Qua de causa pro iis preces cito funde elemosynas pauperibus prompto eroga, sacrificia pro iis offerri cura; omniaque alia facito, quibus diuturna eorum supplicia abbreviari et cito terminari queant. Eos qui pauperibus in gravi necessitate constitutis subsidia denegant, homicidas et interemptores vocat S. Ambrosius; *si non pavisti, occidisti*: longe potiori jure de animabus in purgatorio gementibus hoc dici potest. O frater, dic, amabo, quae major esse potest necessitas, quam propinquerum, amicorum et benefactorum tuorum, qui in purgatorio torquentur? Nonne duriora et acerbiora hi patiuntur, quam miserissimi quique pauperes? Et si his non subvenias, nonne interemptor eorum dicendus es? O puer ingrate! O filia crudelis! O mulier inhumana! O vos omnes qui fidelium defunctorum obliviscimini! Eorum certe tortores et interemptores jure appellamini, mihi quae eos audire videor, clamantes: *quare persequimini nos, sicut Deus et carnibus nostris saturamini*? Cur duritiam vestram divinae justitiae adjungitis, ut nos torqueatis? Deus nos justo, vos vero crudeliter et inique nos persequimini; Deus, quia justus, ad haec supplicia nos condemnavit; vos vero, quia iniqui et crudeles estis, ab iis nos erueri nequaquam satagitis. O magnam crudelitatem, o infandam inhumanitatem. Desinite ergo persequi fideles defunctos, qui tormenta patiuntur gravia et diuturna, *ac etiam justa*.

## III PARS.

*Tormenta purgatorii justa sunt.*

Sicut Deus infinite misericors, ita et infinite justus est; quare cum supplicia quae in purgatorio patiuntur fidelium animae, ex Dei ordinatione proveniant, ea justa esse nullus dubitabit. Ut autem clarius et plenius constet, quam juste Deus tam diris tamque diuturnis suppliciis fideles defunctos plectat, *primo*, peccata venialia; *secundo*, peccata mortalia nondum plene in praesenti purgata, aliquantulum discutiamus et ex duobus his capitibus illorum suppliciorum justitia et aequitas clarissime patebit.

I. Fide constat, peccata quae ab hominibus perpetrantur, non omnia esse mortalia, nec omnia gratiam sanctificantem et justitiam ab anima expellere; habentur enim levia quaedam peccata, quae venialia dicimus, quibus homines etiam justissimi inquinantur, nec propterea justitiam et sanctitatem amittunt. Levium et venialium horum peccatorum tria genera recenset Doctor Seraphicus (in 2. d. 29, art. 3, q. 2): *quaedam* scilicet, quae accidunt homini ex subreptione sensualitatis, quae praevenerit perfectum rationis usum; *alia*, quae ex subito quodam et ineliberato rationis motu veniunt; et *alia*, quae levia dicuntur ex levitate materiae, cujusmodi sunt verba otiosa, mendacia jocosa et alia hujusmodi, quae parvipenduntur ab hominibus. Propter venialia haec peccata viri justissimi, seu fideles defuncti graviter et diu in purgatorio cruciantur, et juste quidem. Etenim haec peccata, quantumvis levia conseantur, sunt tamen offensa quaedam Dei infinite boni, infinite justissimi et infinite perfecti in omni genere perfectionis; ideo si viri justissimi hujusmodi peccatorum rei pro iis in hac vita Deo non fecerint satis, aequissimum sane ut in alia, id est in purgatorio penas peccatis illis debitas subeant: *culpa haec*, inquit sanctus Bernardinus, *est offensiva majestatis divinae, et re-*

quirit *punitionem in purgatorio*. Potuissent in presentiarum fideles defuncti pro his peccatis Deo offenso facile satisfacere; ad hoc enim requirebatur solummodo levis quaedam penitentia, imo et ipsa aquae benedictae aspersio aliquo cum cordis dolore sumpta, vel etiam pectoris tunsio, signatio ab episcopo et alia hujusmodi haec delicta delere potuissent; cum autem modo peccata illa tollere et Deo satisfacere neglexerint fideles, justum est, ut post mortem purgatorii suppliciiis plectantur. Justa ergo censenda fidelium defunctorum supplicia, ob peccata venialia quae perpetrarunt; *dicenda etiam justa ob peccata mortalia, quorum quidem veniam obtinuerunt sed pro iis totaliter in hoc mundo Deo non satisfecerunt*.

2. Ex fidelibus, qui nunc in purgatorio patiuntur, plurimi haud dubie peccaverant mortaliter, dum in hoc saeculo viverent; ob peccata autem illa mortalia aeternis suppliciis in inferno plecti juste meruerant; verum cum virtute penitentiae horum peccatorum culpa illis remissa sit poena, haec aeterna, qua plecti meruerant, in temporalem fuit commutata. Unde eodem momento, quo sacramentalem absolutionem receperunt, eorum quoad culpam deleta sunt peccata, Deusque hoc sibi solum reservavit, quod debitores hi remanerent temporalis cujusdam poenae in terris vel in purgatorio solvendae. Si autem in hoc mundo pro temporali hac poena per indulgentias, vel per aliqua pia opera Deo integre non satisfecerint, justum est ut in purgatorio torqueantur; ac in eo tanta, tamque diuturna perferant supplicia, quantum poenae illius temporalis solvendae eis supererit. Cum David suum confessus est peccatum dicens: *peccavi*, respondit ei propheta: *Dominus transtulit peccatum tuum* (II Reg. 12, 13); verumtamen aliqua poena tibi solvenda remanet, nempe quod filius tuus morietur: *filius qui natus est tibi, morte morietur* (ib. v. 14). Quid simile fieri videtur, cum quis homo peccator factus dolore cordis intrinsecus peccata sua mortalia debite confitetur, dicens: *peccavi*; tunc enim per sacerdotis absolutionem ei Deus peccata quoad culpam dimittit et transfert; tamen plerumque cum hac restrictione, quod temporali cuidam poena, vel in hoc

mundo, vel in purgatorio solvendae adstrictus remanebit. Igitur nisi in hac vita pro temporali hac poena Deo totaliter satisficiat, justum est, ut in purgatorio plectatur. Hic est ordo providentiae divinae, hoc est Dei judicium omnino justum et sanctum: *justus es, Domine, et rectum judicium tuum* (Ps. 118). Justum sane ut in purgatorio plectantur fideles defuncti, et justum etiam censendum ut iis propinqui et amici opulentur: justum ac pium ut precibus et eleemosynis eos a purgatorii penis eruere conentur. O filii! o uxores! o amici! hi qui tam diu nunc in purgatorio torquentur, parentes vestri sunt, mariti vestri sunt, amici vestri forsitan, qui vos veluti viscera sua dilexerunt, quique bona sua vobis testamento reliquerunt; nonne aequissimum ergo, ut precibus, jejunis, eleemosynis, sacrificiis, omnibusque modis possibilibus eis subveniatis? Hoc quidem justum; at vero o quam pauci eis subveniunt! plerique animas quae in purgatorio cruciantur, ita inspiciunt, sicut inspieiebatur pauper ille, qui cum iret in Jericho, a latronibus graviter vulneratus jacebat secus viam. Sicut enim hic ad transeantes clamabat, ut eorum implorarent auxilium, ita et animae quae in purgatoriis flammis torquentur, ad omnes qui in terra peregrinantur, clamant, dicentes: *miseremini mei, miseremini mei*: jamvero sicut praetergradientium alii indifferenter et alii magna cum cordis durtia miserum hunc respexerunt, unusque inventus est Samaritanus, qui eum videns, *miser cordia motus est*; ita et inter fideles vix unus quandoque invenitur Samaritanus, aliquis homo pius, qui animarum purgatorii miseratur. Quamplurimi smiles habentur huic Levitae, qui vulneratum illum videns et clamantem audiens, cito pertransiit: *Levita, cum esset secus locum et videret eum, pertransiit*. Eodem prorsus modo se habent plerique respectu parentum, propinquorum et amicorum, qui purgatorio igni adjudicantur: non morantur, ut pro iis proces fundant; non morantur, ut eleemosynis suis pauperes ad orandum pro illis alliciant; non morantur, ut sacrificia pro iis Deo offerri curent; ipsi transeunt. Dicite filio, cujus pater mortuus est: o fili, memento patris tui, qui forte nunc in purgatorio cruciatur: tu bonorum illius frues-



ris, dum ille malis multis afficitur: tu molli ejus lecto decumbis, dum ille mediis in flammis sepultus clamat: tu cum sociis gaudes, dum ille ingeniscit et plorat: converte aliquantulum cor tuum ad eum, ut illi subvenias: *pertransit*. Dicite uxori viduae, quae mortuo marito tam amare flevit, dicite ei, ut ad ejus solatium et subsidium aliquid impendat: *pertransit*. Dicite huic homini, qui se defuncti amicum fidelem profitebatur, ut jejunet, oret, vel aliud opus bonum ad illi succurrendum praestet: *pertransit*. Pauci et paucissimi sunt, qui subveniant fidelibus defunctis. O fratres, subvenite iis, quantum fas erit: curate ut ab his suppliciis cito orvantur, et ad Paradisum brevi transeant; ubi pro vobis apud Deum intercedent, ut aeternam beatitudinem aliquando assequi valeatis. Amen.

## CONCIO SECUNDA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Tanta est christiana religionis perfectio, ut non aliquibus dumtaxat, ad omnibus, nullo excepto, benefacere doceat: *operemur bonum ad omnes* (Gal. 6, 20). Quod et ipsis Gentilibus ita recte rationi consonum visum est, ut inter ipsos reperirentur, qui non solum vivis omnibus, verum et defunctis benefaciendum consueverint: *oportet hominem omnibus benefacere, etiam ipsis mortuis* (Simonides). Heu! tamen ita rara nunc in amicitias fides, ita prompta oblivio mortuorum, ut nec filii parentum, nec uxores maritorum fato functorum brevi post eorum mortem recorderentur. Si obliviscerentur solummodo homines defunctorum idololatrarum, qui animas simul cum corporibus mori credunt; aut haeticorum, qui mortuos precibus fidelium adjuvari posse negant, non certe damnabilis et vituperanda haec censeretur oblivio; ast christiani christianorum et inter eos

filii parentum ac amici amicorum in purgatorio gentium non reminiscuntur: o magnam cordis duritiam, o infandam insensibilitatem! Ab imis terrae recessibus clamant defuncti, dicentes: *miseremini mei, miseremini mei*, et non est qui eos audiat, non est qui adjuvet. Ut vos ad illis subveniendum alliciam, purgatorium veluti *praecipitium horrendum* hac in concione proponam. Ave.

Homo in extremis constitutus tanta sanctitate pollere potest, ut sicut alter Stephanus, oculos sibi patentes videat: *video caelos apertos* (Act. 7, 55). Verum tam misera est hominum hic in terris viventium sors, ut plerique horrendis duobus praecipitiis, inferno scilicet et purgatorio, quasi superpositi moriantur, ac in alterutrum cadant. Qui enim in hora mortis ita male se habent ut mortali scelere graventur, in infernum, non secus ac Pharaon, praecipites ruunt: *praecipitatus est Pharaon, quoniam gravia eum peccata demerserunt; eo modo praecipitabuntur sacrilegi in stagnum ignis ardentis* (S. Amb. in Ps. 36). Qui vero in morte venialium tantummodo peccatorum consci decedunt, in purgatorium praecipitantur a quo non egrediuntur, donec totaliter divinae justitiae satisfecerint: *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem* (Matt. 6). Ad ejusmodi purgatorii praecipitium considerandum nos nunc materiae ratio vocat: in istud mente et spiritu descendere jam convenit, ac lustratis omnibus quae in eo peraguntur, tria potissimum de hoc praecipitio considerare conseo utilissimum: 1. quare facile in illud cadunt homines; 2. quam dire in eo cruciantur; 3. quam difficile ab eo egrediuntur. Purgatorium est praecipitium in quod facile cadunt homines; *ecce primam considerationem*. Purgatorium est praecipitium, in quo dire cruciantur; *ecce secundam*. Purgatorium est praecipitium, a quo difficile egrediuntur; *ecce tertiam*.

## I PARS.

*Purgatorium est præcipitium, in quod facile cadunt homines.*

Infernus, seu locus, in quo ex justitiæ divinæ ordinatione cruciantur damnati, est omnium præcipitiorum maximum. Hoc est præcipitium, in quo Lucifer, Beelzebub, alique rebellos angeli missi sunt: hoc est præcipitium, in quod Cain, Anthiochus, Judas, alique famosi peccatores ceciderunt, et in quod quotidie præcipitantur avari, voluptuosi, ac quotquot in statu peccati mortalis moriuntur, qui omnes in mortis suæ momento, ad inferna præcipites ruunt: *et in puncto ad inferna descendunt!* In æternum et horrendum illud præcipitium cadere facillimum est: *facilis descensus aeterni.* Facillimum quoque dicendum in aliud præcipitium inferno proximum ruere, in purgatorium scilicet; in quod quidem non incidunt martyres, qui pro Christo sanguinem fundunt: nec pueri baptizati, qui antequam rationis usu polleant, moriuntur: si autem hi demantur, aliis omnibus quantumvis sanctis in illud cadere tam facile contingit, ut vere omnes in illud incidunt, ac vix reperitur aliquis adeo perfectus, cui in purgatorii igne aliquid purgandum non supersit: *quis est ille tam perfectus, tam sanctus, qui cum hinc exierit, nihil debeat illi igni* (Guerric.)? Terribile est quod de sancto Severino narrat Petrus Damianus; nempe quod post mortem clarior fluminis vadum transeunti apparuerit, ejusque apprehensa manu, in flumen, in quo ipse erat, eum immerserit, ut tacita intelligeret quanta pateretur; quod sane intellexit clericus ex ardore intolerabili, quo subito manum succensam sensit. Obstupuit clericus, ac virum sanctum rogavit aperire, cur tanto incendio cruciaretur: cui Severinus: « Nihil in me remansit ultione plectendum præter hoc tantum, quod cum in aula regia imperialibus consiliis vehementer essem implicatus, canonicum officium per distincta horarum spatia non persolveri: mane quippe

omnes simul horas recitabam, ut tota die negotiis ingruentibus secura libertate vacarem. Oh haec itaque negligentiam horarum ardoris hujus fero supplicium ». Alia multa adduci solent exempla sanctissimorum hominum, qui ob levissima peccata graves purgatorii penas subiere: atque in vitis Patrum narratur, quod viri multi religiosi pro minutissimis defectibus purgatorio igni damnati fuerint; quidam pro curiosa librorum ethnicorum lectione; alii pro delectatione, quam ex melodia cantus sumpserant; alii pro nimia sollicitudine in ædificiis; et alii pro nimia benignitate in corripendis fratribus, quibus præerat. Heu! si Severinus, si viri alii, etiam sanctissimi, in purgatorii præcipitium ob tam levissima peccata ceciderint, quis non credat facillimum fore in illud cadere? Certe non solum in illud cadere reputandum facile, verum et in illud cadere quodammodo necessarium videtur: *omnes nos venire necesse est ad illum ignem* (Crigen.). Querunt theologi, an homo justus cum solo gratiæ communis auxilio omnia penitus venialia peccata vitare queat. Respondent: posse quidem cum gratia actuali communi vitare quodlibet peccatum veniale seorsim et distributive sumptum; non posse per longum tempus vitare omnia peccata venialia collective sumpta. Sicut enim, inquit, cum navis omni ex parte perforata aquam undequaque haurit, possunt quidem nauta quodcumque foramen occludere, non tamen omne: ita et homo justus cum gratiæ communis auxilio potest hoc, illud et quodlibet peccatum veniale seorsim sumptum vitare, non tamen omnia simul vitare potest sine speciali auxilio et privilegio. Quod expresse definitum habetur in Concilio Tridentino, his verbis: *si quis dixerit hominem semel justificatum posse in tota vita omnia peccata vitare, etiam venialia, sine speciali privilegio, anathema sit* (sess. 6, can. 24). Et ratio est, quia in corde hominis tot repentinae cogitationes insurgere, tot distractiones animi obrepere, ac tot tumultus excitari solent antequam ratio perfecte attendat, totque variae peccata venialiter occurrunt occasiones, ut si uni veniali peccato resistat, alteri succumbat, necesse sit: et ideo nisi homo speciali privilegio gaudeat, specialique auxilio nisi adjuvetur, non solum



illi facile subrepat peccare venialiter, verum ad peccatum ali-  
quod veniale indeterminate sumptum perpetrandum necessitate  
quadam morali trahitur (1). Simili autem quadam necessitate,  
ait Origenes, homo ad purgatorii barathrum trahitur: non  
solum, inquit, homini facile subest in purgatorii præcipitium  
cadere, etiam, nisi speciali auxilio adjuvetur, in illud incidere  
necessarium est: *omnes nos venire necesse est ad illud ignem*.  
O quam facile omnibus hominibus in purgatorii præcipitium  
cadere! o quam facilius adhuc his, qui de peccatis venialibus  
vitandis, aut de his, jam commissis, purgandis minime curant!  
Certe hoc illis facillime eveniet; idcirco, o frater, pro viribus con-  
tende omnia venialia vitare et jam commissa purgare, ut aut  
in purgatorii præcipitium non cadas, aut in eo diu non re-  
maneas. Vitare expedit hæc peccata, quia, ut ait Gerson, *potius  
toleranda esset omnis mors penalis et annihilatio, quam  
committenda esset prava offensæ in Deum (de  
cetera solit.)*. Vitanda etiam sunt, qui si venialia vitare non cu-  
res, in mortalia facile incidēs: *qui ad vitandum peccata ve-  
nialia non exat sollicitus, nequaquam sine mortalibus dia-  
esse potest* (Dionys. Carth. de reform. Claust. art. 6). Spa-  
cialiter vero vitanda sunt, quia qui in morte alicujus venialis  
peccati reus invenietur, in purgatorii præcipitium piaculari  
igne purgandus cadet: *salvus erit, sic tamen quasi per ignem*  
(1 Cor. 3). Abstine ergo a venialibus, ut non incidās in pur-  
gatorium, quod est præcipitium horrendum, in quod homines  
facile cadunt: *et in quo dire cruciantur*.

(1) Prout nuncpe dicitur necessario cadere qui magna laborans debilitate,  
ambulet vias difficiles et asperas, qui dicit aliquantulum progredi valesit,  
postea tamen nullo negotio impingit. N. E.

## II PARS.

*Purgatorium est præcipitium, in quo dire  
cruciantur homines.*

Miserandis morbis et gravissimis aliis suppliciis nonnunquam  
in hac vita plectuntur viri sancti ob venialia quedam peccata  
in que lapsi sunt: qui autem ab hoc mundo non penitus  
purgati abscedunt, in purgatorii præcipitium detruduntur, in  
quo longe gravioribus addicuntur tormentis, ac tantis, ut  
respectu illorum levisimum censeat Chrysostomus quidquid  
in mundo homines patiuntur: *intende, inquit, anima mea,  
omnes penas sæculi*; intende, ac mente revolve temporalium  
bonorum jacturam, qua divites ad egestatem rediguntur: ca-  
lumniam, qua innocentium fama denigratur: incendia, quibus  
superba queque palatia in cineres resolvuntur: aquarum in-  
undationes, quibus agri devastantur et bellorum strages, quibus  
facultates tolluntur, virgines inhonorantur, ac omnia depo-  
nuntur. Considera etiam, si velis, quantos ægrotis dolores  
causent nodosa podagra, dentium rabies, calculus, alique morbi  
acutissimi, qui corpora discruciare solent. Adde, si libeat,  
Bartholomæi, Laurentii, Clementis, aliorumque illustrium mar-  
tyrum tormenta: ac etiam quæcumque gravia et acerba ad-  
versus martyres et adversus reos ingeniosa tyrannorum cru-  
delitas potuit invenire: hæc et omnia alia que in hoc mundo  
homines patiuntur, coacerva si potes et certus esto, inquit  
Chrysostomus, ea omnia levis esse in comparatione penarum,  
quibus justī in purgatorio cruciantur: *totum leve erit respectu  
penarum purgatorii*. Sanctus Cæsarius Arelatensis Antistes sup-  
pliciorum purgatorii gravitatem magis adhuc exaggerat, dicens,  
ea non solum tormentis, que in hoc mundo homines patiuntur,  
verum et iis omnibus que mens humana pensare et imaginari  
potest, esse graviora: *illo ipse purgatorius ignis durior erit,  
quam quicquid possit penarum in hoc sæculo, aut accedere,*

aut sentiri, aut cogitari (hom. 7 et 8). Recogita, ac animo tuo finge acerba omnia tormenta, quae aliquis homo in mortali corpore pati potest; imagine, quod hic homo subterraneo carceri ad annos centum mancipetur, quod ibi pluries qualibet die cruci affigatur, quod continue in equuleo membra ejus distrahantur, quod ignitis ferri laminis totum ejus corpus operiatur, quod supra acutos lapides, vel super districtos gladios indesinenter nudus volvatur, quodque alternatim a glacie in ignem et ab igne in glaciem mittatur. Quamvis haec et alia multa tormenta, sic volente Domine, quis in hoc mundo pateretur, ea omnia levia essent respectu poenarum purgatorii: quia omnia supplicia, quae in hoc mundo aliquis pati, aut etiam mens humana concipere potest, purgatorii supplicia sunt longe inferiora. Quid plura! Num adhaec possunt doctorum sententiae, suppliciorum purgatorii acerbissimam magis adhuc exaggerantes? num Chrysostomi et Caesarii dictis aliquid superaddi potest? Certe nihil penitus his addi posse crederem, nisi Angelicum doctorem perlegissem, qui non hyperbolice, ac sincero, solide, atque rationi recte innixus assertit, minimam purgatorii maximam hujus mundi poenam esse graviorem: *minima poena purgatorii major est, quam sit maxima poena hujus vitae* (in 4 Sent. 12, q. 1). Sola privatio visionis Dei, quam in purgatorio patiuntur fideles, vel sola beatitudinis aeternae ad tempus privatio, vel sola ignis, quo cruciantur, poena major est, quam sit maxima poena hujus vitae. Nec mirum, si tam gravia purgatorii supplicia censeant doctores. Cum enim minima quavis Dei offensae altioris sit rationis in genere mali, quam omne malum creaturae, meretur etiam poenam graviolem et quasi alterius rationis ab hujus vitae poenis: quam poenam Deus in in vita futura cum rigore exigit ab his, qui in hac vita justitiae divinae satisfacere neglexerunt. Deo in praesenti saeculo facilis modis satisfacere potuissent; quia hoc agere noluerunt, in purgatorio gravissimis plectentur suppliciis, ac talibus, ut eorum gravitatem nec concipere valeamus. O quam formidandum purgatorii praecipitium! o quam dire in eo cruciantur fideles! Ideo quam gravissime falluntur, qui ad tam immania supplicia

anhelant! O aeternam, dicunt multi, purgatorii poenis ad annum unum, ad unum saeculum, imo et usque ad extremi judicii diem adjudicaret! o stulti et duri corde ad concipienda purgatorii supplicia! Qui enim eorum acerbissimam concipit, talia vota non emittit. Unum quidem si ex duobus eligendum foret, scilicet aut in purgatorii, aut in inferni praecipitium cadere, certe purgatorium praeligendum esset. Jamvero non vult Deus, ut ex duobus his unum eligamus, vult enim potius optat ut utrumque illud praecipitium vitemus. Quapropter amulemur charismata meliora, ac non de inferni solum, verum et de purgatorii praecipitio vitando solliciti simus: sic vivamus, ut a purgatorii praecipitio declinantes, in paradysum recta properemus. In purgatorii praecipitium post mortem cadere pertimescamus; in illud descendamus viventes, illud crebro mente revolvamus, dira supplicia, quibus ibi cruciantur fideles, serio meditetur, ut ea vitare valeamus. Eadem etiam sedulo perpendamus, ut ad proximis et notis in purgatorio patientibus miserandum excitemur! O fratres, audite fideles in purgatorii barathro clamantes et ingeminatis vocibus dicentes: *miseremini mei, miseremini mei*. Audite eos et illorum precibus flectimini. Hodie si voces eorum audiat, nolite obdurare corda vestra; his sedulo subvenite. Qui ibi patiuntur, proximi et amici vestri sunt, qui supplices vestrum implorant auxilium: clamant ibi patres, qui tot vigilis, totque laboribus, bona quibus frui-mini, vobis compararunt: clamant matres, quae tanta cura, tantaque sollicitudine vos lactarunt et educarunt: clamant filii, quos ut pupillam oculi diligebatis: igitur festinate, ut his succurratis: *festina, suscita amicum tuum* (Prov. 6). O christiane, si proles tua unica, si parens tuus dilectissimus, vel charissimus conjux gravi morbo conflictetur et subito corripitur; statim ad medicum concurratur; cito pharmacopola et chirurgus conquiruntur; et haec omnia maxima festinatione praestantur; quanto magis festinandum, ut parentibus et amicis in purgatorio, non morbum levem, imo gravissima supplicia portantibus subveniatis. Quae a vobis postulant, parvi momenti sunt: o filii, non a te petit pater, ut omnia quae testamento



tibi reliquit, in eleemosynas eroges: o mulier, non a te expectat maritus, ut omnia tua in pia opera distribuas: o vos omnes, qui per hujus mundi viam transitis, non a vobis exigunt fideles defuncti, ut ad eos liberandos corpora vestra tortoribus crucianda tradatis: petunt solummodo, ut ad eorum solatium aliquas preces fundatis, quamdam erogetis eleemosynam, missæ sacrificium aliquoties offerri curetis, vel alio aliquo modo eos eruat is a purgatorii præcipitio, in quo dire cruciantur. Et in quo etiam diu cruciabantur, quia purgatorium est præcipitium, a quo homines difficile egrediuntur.

## III PARS.

*Purgatorium est præcipitium, a quo difficile egrediuntur homines.*

Omnino fieri nequit ut quis ab inferni præcipitio egrediatur; a purgatorii autem præcipitio egredi non quidem impossibile, tantum difficile est tum ex parte fidelium, qui in illud præcipitantur; tum ex parte Dei, a quo condemnantur; tum ex parte viventium, a quibus non adjuvantur.

1. Quamdiu fideles in mundo morantur, apud Deum mereri possunt, Deo satisfacere valent, ac per voluntariam penitentiam licet modicam purgatorii flammam facile extinguere possunt; postquam vero ex mundo exierint et purgatorii ignibus adjudicati sunt, nec mereri apud Deum, nec Deo satisfacere, nec opus aliquid bonum elicere valent, cujus virtute possumus suarum remissionem, vel liberationem a purgatorio impetrent. Immediate post mortem, atra quedam iis supervenit nox, in qua nil facere possunt, quo a purgatorii præcipitio erui obtineant: venit nox, quando nemo potest operari (Joan. 9, 4). Unde merito dicit Damascenus, mortem illorum similem esse casui angelorum: quod est angelis casus, idem hominibus mors (de fide or. 2, 4). Quod sane verissimum est, quia sicut angeli post peccatum nil facere potuerunt, quo gloriam æter-

nam mererentur, vel Deo satisfacerent, ita et fideles defuncti, post mortem nil facere possunt, quo apud Deum mereri, vel justitiæ divinæ satisfacere valeant; ideo ex parte illorum difficillimum est, ut a purgatorii præcipitio egrediatur, cum id consequi nequant bene operando, solum satis patiendo, seu substinendo pœnas juxta qualitatem et quantitatem reatus in rigore debitas. Si autem difficile sit a purgatorio egredi ex parte fidelium, qui in illud præcipitantur, difficile est etiam ex parte Dei a quo condemnantur.

2. Quamdiu in terris peregrinantur fideles, peccata, penamque peccatis illorum debitam facile Deus remittit, necnon, aliqua parte debiti soluta, reliquam summa liberalitate expungit. In futuro sæculo postquam ad purgatorium condemnati sunt, Deus, ut durus exactor, novissimum extorquet quadrantem, nec magis commovetur supplicis, quæ patiuntur fideles, quam si viscera generet ferrea. Et merito: quia cum oblatam misericordiam et facile redimendæ pœnæ rationem hic neglexerint, digni habentur, ut divinæ justitiæ rigorem experiantur; propterea difficillimum dicendum etiam ex parte Dei, ut fideles a purgatorii præcipitio eruantur. Hoc tandem difficillimum eradii ex parte hominum in hoc mundo viventium.

3. Fide divina constat, animas in purgatorio carere ex divinæ justitiæ ordinatione detentas, viventium suffragiis, idest sacrificiis, orationibus, aliisque piis operibus adjuvari. Atvero heu! quam pauci suffragiis suis fideles defunctos adjuvant! Quam pauci sacrificia pro iis offerri curant! Quam pauci eleemosynas pauperibus distribuunt, ut eos ad brandum pro defunctis moveant! Quam pauci de eorum liberatione anxiantur! Plerique fidelium similes sunt Josephi ægyptiaci fratribus, qui innocenti puero in cisterna degenti non compatiebantur, et dum ille ibi patiebatur, ipsi exquisitum vinum bibebant, gaudebant, ac pretiosis unguentis corpora sua ungebant: bibentes vinum in phialis et optimo unguento delibuti, nihil patiebantur super contritione Joseph (Amos 6, 6). Ecce quid in mundo quotidie fieri solet: quot enim patres, quot matres, quot fratres, quotve filii in cisterna veteri, seu in purgatorii præ-

capitio latent! et tamen non est qui dexteram porrigat, ut eos inde eripiat; non est qui precibus et suffragiis illos inde extrahere conetur. Clamant patres, clamant matres, dicentes: *miseremini mei, miseremini mei*; verum ingrati filii veluti surdi auditores, qui aures habent et non audiunt, nequaquam illorum miserentur, nec de iis inde eruendis cogitant. Domus in qua habitant, vina quibus inebriantur, cibi queis impinguantur, dignitates quibus gaudent, ac omnia que possident, a parentibus habent; et tamen non solum iis in purgatorio patientibus subvenire negligunt, verum et dum gravia ibi parentes sustinent, gaudent filii, bibunt in phialis, epipare epulantur, ac totaliter vanitati et mundi deliciis se dedunt. Defuncti parentis exequias magno cum apparatu celebrarunt filii Jacob, ac plurima doloris signa ediderunt: *celebrantes exequias planctu magno* (Gen. 50, 10). Eodem prorsus modo pii se habuere fideles respectu sancti Stephani, de quo sacra testatur scriptura, quod *curaverunt Stephanum viri timorati et fecerunt planctum magnum super eum* (Act. 8, 10). Similia quidem pietatis officia quandoque exercent filii, et hæredes respectu parentum et benefactorum suorum: eorum exequias singulari pompa celebrant, plorant, clamant, ululant; ast præterea nihil. Postquam quis factus functus scitur, inquirere solent curiosi rerum indagatores, quis sit defuncti hæres; quales sint ejus filii; an mortuo debita charitatis et pietatis officia præstiterint; an statui et conditioni ejus consonas exequias celebrarint; an de ejus morte doleant. Respondetur communiter, quod mortuum curaverint, quod eum planxerint, quodque exequias illius celebri pompa fecerint: *celebrantes exequias planctu magno*. Quid autem ultra in defuncti gratiam fecerunt? amplasne largiti sunt eleemosynas pauperibus, ut eos ad orandum pro mortuo allacerent? institueruntne anniversaria, ut multiplicatis sacrificiis, Deum ad ei indulgendum provocarent? mandaruntne executioni, que ipse testamento ordinavit? Certe de iis plerumque non curant: *fletus multus, fructus nullus*, inquit S. Bernardus. Ex quo clarissime patet, difficillimum fore fidelibus defunctis e purgatorio egredi sive ex parte illorum et ex parte Dei,

sive etiam ex parte viventium, qui de iis e purgatorio liberandis non curant. Quapropter cum purgatorium sit horrendum præcipitium, in quod facile cadunt et a quo difficile egrediuntur homines, duo pro hujus concionis conclusione salutaria præbere consilia non reor inutile: *primum* consulo quod quisque ita vivat, ut post mortem in purgatorii præcipitium non cadat, quia si in illud cadat, ab eo difficillime egredietur. *Secundum* consilium hoc est, quod scilicet testamentum, resque suas quisque ita disponat, ut si in purgatorii præcipitium post mortem cadat, eleemosynis, sacrificiis et fidelium precibus ab illo cito eruatur. Sic ergo animam et conscientiam ab omni peccati labe purificato, ut nil in purgatorio igne luendum remaneat, quo ab æternæ gloriæ assecutione retardemini; aut saltem testamentum, resque vestras ita ordinata, ut statim post mortem, sacrificia offerantur, preces fundantur, eleemosynæ, aliaque pietatis opera flant, quibus mediantebus a purgatorii flammis liberati æterna præmia cito consequamini. *Amen.*

## CONCIO TERTIA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Rogamus vos, fratres, et per Dei misericordiam obsecramus vos, ut recordemini vincitorum: *memento vincitorum* (Heb. 13). Non loquor de victis illis, qui ob perpetrata enormia quædam crimina ad trémes, ad furcas, vel ad gravia alia supplicia damnantur; loquor de fidelibus defunctis, qui in purgatorii carcere ex justitiæ divinæ ordinatione victi et captivi detinentur. Ecce eos quorum recordari et quibus auxilias manus præbere debetis, ut ab horrendo hoc carcere liberati et ad paradisi regna migrare valeant. Audite eos in subterraneis illis locis plangentes et ad nos clamantes; *miseremini mei, misere-*



*remini mei.* Vestra, quæso, non indurentur corda; et si quid vos humanitatis, clementiæ et religionis maneat, subvenite allictis illis, qui homines sunt sicut vos, qui christiani sunt sicut vos et qui futuros hæredes sæ regni celestis sciunt plus quam vos. Ut ad illis succurrendum vos adducam, purgatorium hodie proponam veluti teterrimum carcerem, in quo vinciti detinentur fideles defuncti. *Ate.*

Infernum et purgatorium, duos justitiæ divinæ carceres esse firmiter et humiliter confitentur fideles. Infernus est carcer tenebrosus et perpetuus, in quem mittuntur quotquot in statu peccati mortalis de hæc vita decedunt: *ejicientur in tenebras exteriores* (Math. 8, 12). O impij! Vos, qui Deum et sacramenta ejus irridetis; vos, qui peccatum sicut aquam bibitis; vos, qui a lethifero peccati somno surgere renuitis; vos, inquam, moriamini et nisi lethalibus omnibus peccatis ante mortem valedixeritis, adversarius vester diabolus, jubente Deo, vos in tetrum inferni carcerem projiciet, in quo æternis ligati vinculis, dirissima patiimini. Purgatorium est alter justitiæ divinæ carcer, in quem mittuntur fideles, qui licet in statu gratiæ moriantur, non tamen ita puri inveniuntur, quin aliquid expiatorio igne purgandum superat, et hi non inde exeunt, donec totaliter divinæ justitiæ satisfecerint: *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem* (Math. 5). Licet autem non sit perpetuus, formidandum tamen scimus purgatorii carcerem, et omnium qui in eo detinentur, misereri debemus, eo quod claudantur in centro terræ et in ignis abisso. 1. Purgatorius carcer latet in terræ centro; 2. purgatorius carcer latet in ignis abisso: est in terræ centro, quid horribilius? Est in ignis abisso, quid terribilius?

## I PARS.

*Fideles defuncti clauduntur in terræ centro, quid horribilius?*

1. Purgatorium sub terra, versus ejus centrum, a Deo constitutum reperiri duo sacræ theologiæ lumina, sancti scilicet Thomas et Bonaventura, simul cum aliis innumeris asserunt. Idque sancta docere videtur Ecclesia, cum fidelium defunctorum animas ab inferno liberari petit: *libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni.* Non enim postulat eas ab inferno damnatorum liberari, quia ab eo *nulla est redemptio*; verum, ut ait Doctor Angelicus (in 4 d. 21), eas erui petit a purgatorio, quod censetur quasi transitorius quidam infernus in terræ concavo juxta damnatorum infernum constitutus: *locus purgatorii est locus inferior inferno conjunctus.* Verum quidem est, aliquas fidelium animas ex speciali Dei dispensatione interdum extra terræ centrum purgari. Sic apud sanctum Gregorium (l. 4 *Dial.*), legimus, Paschasium, virum sanctitate eximia fulgentem, post mortem in thermis quibusdam Germano Capuano episcopo apparuisse, eique revelasse, quod in hunc penalem locum a Deo deputatus esset, quia contra Symmachum summum Pontificem cuidam Laurentio faverat, licet in hoc non malitia, sed ignorantia errore peccasset. Sic etiam refert Petrus Damiani, S. Severinum fati functum in quodam flumine apparuisse, in quo a levi quadam culpa purgabatur. De lege autem Dei ordinaria et juxta communem divinæ providentiæ dispositionem, animæ purgandæ mittuntur ad certum et determinatum quandam locum subterraneum, non longe a terræ centro neque ab inferno distantem, quem *purgatorium* dicimus: unde cum ad Deum pro aliquo defuncto preces fundimus, rogamus, ut illum a porta inferi eruat, id est a porta purgatorii, quod est temporalis et transitorius quidam infernus, prope infernum damnatorum collocatus. Purgatorium carcerem, simul

cum Augustino (ep. 99 ad Eood.), in inferioribus terræ partibus situm docent theologî, qui intra terræ concavum quadruplicem carcerem, seu quadruplicem sinum recensent: *primum* pro damnatis; *secundum* pro pueris sine baptismo morientibus; *tertium* pro sanctis patribus, seu pro justis ante Christi passionem mortuis; *quartum* pro animabus purgandis, quem purgatorium dicimus. Horum autem quatuor carcerum sufficientiam probant a variis pœnarum generibus; omnis enim pœna est damni solum, vel damni simul et sensus; et rursus omnis pœna est temporalis, vel æterna: *pro sola pœna damni æterna est carcer*, seu limbus puerorum; *pro pœna solius damni temporali* erat carcer sanctorum patrum; *pro pœna damni et sensus æterna* est infernus, seu carcer tartareus; *pro pœna damni et sensus temporali* est purgatorius carcer non longe ab infernali positus. Hæc omnia paulo aliter explicat Doctor Angelicus, dicens: animas hominum post earum a corporibus separationem aut in locum præmii, aut in locum pœnarum ire: *si in locum præmii*, ecce paradisum; *si in locum pœnarum*, pœnæ ad quas deputantur, sunt aut æternæ, aut temporales; *si æternæ*, ad has pœnas damnantur vel ob peccata actualia et ecce infernum, qui est in terræ centro; vel ob peccatum originale et ecce limbum puerorum, qui est etiam in terræ concavo: *si autem pœna, quibus adjudicantur, sit temporanea*, ecce purgatorium, quod etiam in terræ concavo prope infernum reperitur. Ecce quo vadant fideles defuncti, ecce carcerem in quo clauduntur amici Dei, quibus post mortem aliquid purgandum superest. O quam durum illis intra terræ viscera pluribus diebus, imo et sepe pluribus annis incarcerari! O quam acerbum regibus, principibus, Dei filiis, hominibus prædestinatis, cœloque dignis, ob levia quædam delicta, ab æternæ beatitudinis associatione retardari et subterraneis carceribus mancipari! quis dicat, quam grave sit iis, qui in mundo palatia magnifica, superbas domos, ac cameras auro et argento incrustatas, necnon picturis exquisitis et tapetibus pretiosis ornatas inhabitare solebant, nunc intra tenebrosam terræ sinum captivos detineri? Quam horrendus ille carcer iis et omnibus fidelibus defunctis! *Eo certe nihil horribilius.*

2. Heu! si trepidamus et horremus, cum audimus aliquem reum in subterraneo carcere a terræ superficie paucis solum passibus distante ab aliquibus annis detineri, quam horribilior purgatorius carcer in visceribus et in ipso terræ centro latens! Quam horribilior autem in hoc carcere ad multos annos, imo et ad multa secula detineri? Mente quæso revolvide hunc carcerem, circa terræ centrum non arte humana, sola divina ordinatione constructum, in quem mittuntur justî, quibus ex hoc mundo exeuntibus aliquid purgandum superest. Vincitos illos inspicite, qui ibi diu ob levia detineantur peccata; carceris illius qualitates ponderate: tenebrosus enim est, cum nec unico foramine solis lux ibi pervadat; profundus est, cum supra bis mille leucas intra terræ viscera juxta infernum damnatorum collocetur, et qui in eo clauduntur gravissimas sensus et damni pœnas patiuntur. Quid quæso horribilius, quam in hoc carcere detineri? Quid hoc carcerem magis horrendum? Equis explicet, quanta audiantur lamenta fidelium qui in hoc justitiæ divinæ carcere miris et gravissimis modis cruciantur? Ibi genuit, ibi clamant, ibi ululant; attamen o duritiam et immanitatem hominum in sæculo viventium, qui parentum et amicorum in tetra hoc justitiæ divinæ carcere degentium obliviscuntur! Clamant patres, matres invocant, supplicant amici; et eorum nequaquam reminiscuntur ingrati hæredes et crudeles filii. Ipsa die quo moriuntur parentes, externa quædam doloris signa ediderunt illi et hæredes; mox vero funebri pompa expleta, mox ut campanæ sonare desierunt, eorum amplius non recordantur; *perit memoria eorum cum sonitu* (Psal. 9). Mihi audire videor quamlibet ex fidelium defunctorum animabus in purgatorio clamantem, ac easdem fundentem preces, quibus Joseph in carcere detentus Pharaonis regis Ægypti pincernarum præpositum exorare conabatur; eum eteum orabat Joseph dicens: *memento mei, cum tibi bene fuerit et facias mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere* (Gen. 40). Similem in modum purgatorio carceri mancipati fideles, filios et amicos in hoc mundo viventes alloquuntur, toto eos corde invocant, dicentes, o filii, o amici, me-



mentote nostri et Deum Pharaonis rogare, ut a tetro isto purgatorii carcere nos eruat. Jamvero o magnam hominum in seculo peregrinantium crudelitatem, quæ tanta est, ut nec defunctorum recordentur! Se gerunt sicut pincernarum præpositus, qui succedentibus prosperis, Josephi benefactoris sui in carcere detenti oblitus est: *succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui*. Eodem prorsus modo se habent filii et hæredes respectu parentum et benefactorum, qui in purgatorio carcere captivi delinunt. Antequam e vivis excederent, plurima iis charitatis et benevolentie officia impendebant; erga illos se obsequentissimos exhibebant, ut eos ad testamenta ipsorum gratia condenda moverent; firmissime pollicebantur, se legata et debita eorum cito soluturos, ac voluntatem illorum se fideliter adimpleturos; post mortem vero nec de legatis, nec de debitis solvendis curant; pro iis orare non meminerunt, benefactorumque, suorum penitus obliviscuntur. Unde ex piis illis defunctis fero quilibet ex purgatorio illo carcere clamare potest: *oblivioni datus sum, tanquam mortuus a corde* (Psal. 30): oblivioni enim pierique illorum dantur, tanquam si mortui essent, non solum in mundo, verum et in corde filiorum, amicorum et hæredum. Quod Deus ita fieri per sepe permittit in pœnam nimii amoris, quo defuncti suos hæredes prosequuntur. O stulte pater, nimium amaveras filium, cui facultates tuas reliquisti et in pœnam inordinati tui amoris permittit Deus, ut nec tui fato functi ingratus filius recorderetur. O homo insensate, plus quam par erat, uxorem dilexeras, et in affrenati amoris tui pœnam sinit Deus, ut hæc tui jam mortui mox obliviscatur. Quod adnotasse videtur propheta, cum dixit: *confundantur omnes qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulacris suis* (Pss. 96): quæ etenim sunt hæc idola et simulacra, de quibus loquitur David? O patres et matres, idola vestra sunt pueri, quos plus quam Deum diligitis; o mariti, simulacra vestra sunt uxores, quas veluti idola colitis, quasque inordinate amatis; heu! cum in purgatorio carcere latitabitis et dira patientiam, nil nisi confusionem ex his idolis percipietis, quia in vestri confusionem et punitionem permittit

Deus, ut nequaquam vestri reminiscantur. Gaudebunt, oppiare epulabuntur, cum amicis et vicinis choreas agent, voluptatibus forte illicitis indulgebunt, nec vestri recordabuntur. Itaque, o fratres, domui et conscientiæ vestræ cito disponite, ne filiis et hæredibus facienda committatis, quæ per vosmetipsos perficere valetis. Timete, ne respectu vestri se gerant filii et hæredes, sicut innumeri alii erga parentes et benefactores suos mortuos se gesserunt; timete, ne et vestri et omnium quæ iis agenda demandabitis obliviscantur, et ideo eorum probitati et fidelitati ne totaliter confidatis. Velim, eos esse pios, probos, sapientes, liberales, ac omnibus numeris absolutos; qualescumque illi sint, plus vobis, quam illis fidere debetis, et curæ eorum hand committere debetis, quæcumque per vos adimplere potestis. Dum ergo tempus habetis, pœnitentiam agite, pauperibus superflua distribuite, sacrificia pro vobis offerri satagite, ad salutare indulgentiarum thesauros accurrite, ac omnia agite quæ vos adjuvare possunt, ne in tetro purgatorii carcere claudamini; cavete ab hoc carcere, qui est in terræ centro, quo nil horribilius: et qui etiam est in ignis abyso, quo nil terribilius.

## II PARS.

*Fideles defuncti clauduntur in ignis abyso;  
quid terribilius?*

1. Circa terræ centrum carceri mancipantur fideles defuncti, ibique intra ignis ardentissimi abyssum, veluti intra carcerem, clauduntur. Sicut enim de angelis apostatis ait Doctor subtilis, quod igni alligentur, atque intra eum, veluti intra carcerem, iuvite d'lineantur, ita et animæ fidelium intra purgatorium ignem, tanquam intra carcerem detinentur; ibi fideles defuncti *vinculis tenebrarum et longæ noctis compediti* (Sap. 17, 2) remanent; ibique gravia patientur, eo quod a celesti regno adipiscendo retardentur et intra ignis portentosam abyssum clausi remaneant. Purgatorium mihi esse vi-

detur abyssus illa magna, magnumque chaos, quod inter divitem epulonem in inferno clamantem et Patrem Abraham in caelo regnantem firmatum est: *inter nos et vos chaos magnum firmatum est* (Luc. 16, 26); inter paradysum enim et infernum, magnum circa terræ centrum protenditur chaos, seu carcer purgatorius, in quo, ut ait Doctor Angelicus, in igne clausi detinentur fideles defuncti: animæ fidelium defunctorum, inquit, in purgatorio, veluti in fornace accensa et sicut in ignis abyssu cruciantur, non quod ignis purgatorius, qui materialis et corporeus est, in animas, quæ spirituales sunt, physice et realiter agat: non enim ab igne, ut in eas physice agente, aliquid patiuntur, sed ideo ab hoc igne cruciantur quia intra illum, veluti intra carcerem, remanere coguntur. O quam durum tuis animabus, quam iis terribile, quod intra corporei ignis flammæ, veluti intra carcerem, vincæ detineantur! *Hoc certe nihil terribilius.*

2. Non sine pavore et horrore recogitamus, insontes pueros a rege Nabucodonosor in successam fornacem immissos: *missi sunt in medium fornacis ignis ardentis* (Dan. 3, 21): adhuc terribiores duæ intra terræ viscera succensæ latent fornaces, in qua Deus multos ex filiis suis mitti jubet. Hæ fornaces sunt infernus et purgatorium: *infernus* est fornax in æternum duratura, in quam projiciuntur rebelles filii, qui gravium criminum quæ perpstrarunt, penitentiam non egerunt; reos illos filios condemnat Deus, eosque angeli satanæ, ut justitiæ divinæ ministri, in tartari fornacem mittunt: *mittent eos in caminum ignis. Ibi erit stetus et stridor dentium* (Mat. 13, 42). Quot sane in eam projiciuntur fornacem! In eam avari, in eam sacrilegi, in eam luxuriosi et usurarii, aliique innumeri mittuntur. *Purgatorium* est alia a Deo succensa fornax, qua transeunt et in qua purgantur filii Dei, quibus levis quædam culpa, vel aliqua gravium criminum reliquæ purgandæ supersunt. Hæc est fornax, in qua purgantur viri justi, ut digni fiant intrare in civitatem sanctam Jerusalem; nec enim in eam ingredi possunt, qui levibus quibusdam peccatorum maculis inquinati supremum diem obeant, nisi prius

in hanc fornacem et in hanc ignis abyssum mittantur: *non potest Divinitatis particeps fieri nisi maculas animo immixtas purgatorius ignis abstulerit* (S. Cyr.). Heu! quid homini coelestibus thronis digno durius, quam intra sulphurei ignis fornacem includi? Quid animabus ad Deo fruendum creatis penalius, quam non ad unum dumtaxat, verum ad plurimos annos in ignis abyssu concludi? Certe, ut ait Guericus Abbas, ex omnibus sensibilibus suppliciis illo nullum majus invenitur: *illo igne purgatorio nihil est penalius* (ser. de Purif.). Et, ut asserit Tertullianus, omnium poenarum illa est maxima: *summam ignium poenam*. O fratres, ecce gravissimam poenam, quam propinqui et amici vestri in purgatorio patiuntur; ibi intra ignis fornacem clauduntur, ibi intra horrendam flammarum abyssum inclusi diu remanent. O quantam poenam! quæ gravior adhuc et acerbior iis videtur eo quod filii et amici in sæculo viventes eorum non reminiscantur, isque subvenire recusent. Hi quidem infeliciores habendi, quam tres pueri in Babyloniam missi fornacem, ad quos beneficium quendam misit Deus angelum, qui flammarum ardorem ita temperavit, ut in medio flammæ, veluti in paradiso deliciarum, ambularent: *ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum et benedictentes Domino* (Dan. 3). Sanctus ille angelus intra fornacem sub viri specie et quasi unus ex pueris videbatur: unde ipse Nabucodonosor stupefactus, aiebat, se quatuor pueros intra fornacem videre: *ecce ego video quatuor viros solutos, ambulantes in medio ignis*. O quem felices illi pueri, qui angelum consolatorem et adiutorem habuerunt! E contra o quam infelices plerique fidelium in igne purgatorio patientium! expectant enim, ut quis ex viventibus angeli hujus fungatur officio; expectant, ut ex propinquis, vel amicis aliquis precibus, elemosynis, vel aliis piis operibus poenas quas patiuntur, mitiget; nec unquam hujusmodi aspiciunt angelos, non est qui consoletur eos et iis subveniat. Unde quilibet fere ex fidelibus in purgatorio patientibus dicere potest cum paralytico: *hominem non habeo* (Joan. 5, 7), quia nullus fere reperitur qui animabus purgatorii debite opituletur. Ecce miserum hominum in purgatorio



degentium statum. Cum in hoc mundo vivebant, amicorum et propinquorum turba circumdabantur; vix tamen defuncti oblivioni traduntur: igneo carceri mancipentur, in medio flammaram clamet quantum voluerint, ibi amare fiant, ibique, quantum placuerit, humana implorant auxilia, non habent hominem qui illis succurrat: *hominem non habeo*. Ipsi etiam filii suorum obviscantur parentum; ipsæ mulieres maritis non subveniunt; vident cameras, in quibus defuncti habitant, fruuntur bonis que reliquerunt, transiunt supra sepulcra in quibus jacent, nec aliquis ad eorum libertatem a Deo obtinendam preces fundunt: *et non dixerunt qui prosterbant; benedictio Domini super vos* (Ps. 128). O infandam hominum hujus seculi ingrattitudinem! O magnam eorum crudelitatem! Quod Lazarum dilexerint Martha et Magdalena, norant omnes; eximiumque amoris sui erga agrotantem fratrem, testimonium exhibere pax ille sororas, cum ad Christum miserant rogantes, ut eum sanatus veniret: *miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur* (Joan. 11, 8). Quis non miretur ardentem harum sororum amorem erga infirmum fratrem? Quis non dicat, eas debita charitatis illi præstitisse obsequia? Paucis tamen ab hinc diebus, mortuo Lazaro, cum Christus, ut eum resuscitaret, Bethaniam perrexit, dixit ei Martha: *Domine jam festet*. Ecce quid sæpe in mundo accidit; cum enim paterfamilias, vel alius homo dives agrotat, uxor, filii aliique omnes qui de infirmi bonis aliquam portionem assequi sperant, debitis eum charitatis officiis prosequuntur; postquam decessit, *jam festet*; postquam sepultus est, *jam festet*; orare pro mortuo, legata ab eo relicta solvere, elemosynas erogare et alia quæ ad illam e purgatorio carcere erudendum inseruire possent, prestare renuunt: hæc omnia ipsi festant: *jam festet*. O filii! o filie! tanta a vobis abiit ingrattitudo, parentum mementote vestrorum; illorum ne obviscamin, usque prompte subvenite. Scitis, eos in profundo purgatorii carcere et in horrenda ignis abyssu clausos detineri; ne ergo diu eos illic detineri patiamini, quantum citius fas erit, eis subvenite. Heu! videmus nonnunquam, quod cum ple-

beji cujusdam hominis domus fudo vastatur incendio, civitas tota percollitur, undique accurritur, auxiliares aque undequaque quam celerrime deferuntur: Si vero in harum flammaram medio unicum tibi, maximeque charum videas filium, que non auxilia, que non quam citissime subministrabis adminicula? O fratres, medis in purgatorii flammis agunt filii et filie, hocce piaculari rogo involvuntur patres et matres: illos ibi medis inter flammaram vortices fidei oculo videtis; ideo quam celeberrime accurrite, ut precibus, elemosynis, indulgentiis omnibusque modis possibilibus, eis subveniatis. Erga illos estote misericordes, et Deus erga vos misericors erit, perque infinitam suam misericordiam ab his vos præservabit flammis, ac æternam vobis beatitudinem conferet. *Amen*.

## CONCIO QUARTA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quocunque tempore et quovis modo moriatur homo, aliquid semper consolationis propinquis et amicis relinquit; si enim in juventute moriatur, credunt, quod *raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne factio deciperet animum illius* (Sap. 4): si senex et longa ægritudinis gravatus ab hoc mundo discesserit, hæc in lacrymis consolatio superest, quod mors non ingressa sit illius domum per fenestras, at per januam, dumque mortem expectabat distantem potius, quam expoliantem. Si autem qui mortuus ingetur, justus et sanctus apud homines videbatur, hæc Salomonis verba in promptu habent propinqui: *justus, si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit* (Sap. 4); si tandem non justus et bonus, sed peccator et impius ab hominibus credebatur, Dei misericordiam peccata ejus superasse confidunt, quia erga omnes *Deus miserator et misericors* (Ps. 85, 15). Quascunque tamen quis super ho-

degentium statum. Cum in hoc mundo vivebant, amicorum et propinquorum turba circumdabantur; vix tamen defuncti oblivioni traduntur: igneo carceri mancipentur, in medio flammaram clamant quantum voluerint, ibi amare fiant, ibique, quantum placuerit, humana implorant auxilia, non habent hominem qui illis succurrat: *hominem non habeo*. Ipsi etiam filii suorum obviscantur parentum; ipsæ mulieres maritis non subveniunt; vident cameras, in quibus defuncti habitant, fruuntur bonis que reliquerunt, transiunt supra sepulcra in quibus jacent, nec aliquis ad eorum libertatem a Deo obinendam preces fundunt: *et non dixerunt qui prosterbant; benedictio Domini super vos* (Ps. 128). O infandam hominum hujus seculi ingrattitudinem! O magnam eorum crudelitatem! Quod Lazarum dilexerint Martha et Magdalena, norant omnes; eximiumque amoris sui erga agrotantem fratrem, testimonium exhibuere pax ille sororas, cum ad Christum miserant rogantes, ut eum sanaturus veniret: *miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur* (Joan. 11, 8). Quis non miretur ardentem harum sororum amorem erga infirmum fratrem? Quis non dicat, eas debita charitatis illi præstitisse obsequia? Paucis tamen ab hinc diebus, mortuo Lazaro, cum Christus, ut eum resuscitaret, Bethaniam perrexit, dixit ei Martha: *Domine jam festet*. Ecce quid sæpe in mundo accidit; cum enim paterfamilias, vel alius homo dives agrotat, uxor, filii aliique omnes qui de infirmi bonis aliquam portionem assequi sperant, debitis eum charitatis officiis prosequuntur; postquam decessit, *jam festet*; postquam sepultus est, *jam festet*; orare pro mortuo, legata ab eo relicta solvere, elemosynas erogare et alia quæ ad illam a purgatorio carcere erudendum inseruire possent, prestare renuntiant: hæc omnia ipsi festant: *jam festet*. O filii! o filie! tanta a vobis abiit ingrattitudo, parentum mementote vestrorum; illorum ne obviscamin, usque prompte subvenite. Scitis, eos in profundo purgatorii carcere et in horrenda ignis abyssu clausos detineri; ne ergo diu eos illic detineri patiamini, quantum citius fas erit, eis subvenite. Heu! videmus nonnunquam, quod cum ple-

beji cujusdam hominis domus fudo vastatur incendio, civitas tota percollitur, undique accurrunt, auxiliares aque undequaque quam celerrime deferuntur: Si vero in harum flammaram medio unicum tibi, maximeque charum videas filium, que non auxilia, que non quam citissime subministrabis adminicula? O fratres, medis in purgatorii flammis agunt filii et filie, hocce piaculari rogo involvuntur patres et matres: illos ibi medis inter flammaram vortices fidei oculo videtis; ideo quam celeberrime accurrite, ut precibus, elemosynis, indulgentiis omnibusque modis possibilibus, eis subveniatis. Erga illos estote misericordes, et Deus erga vos misericors erit, perque infinitam suam misericordiam ab his vos præservabit flammis, ac æternam vobis beatitudinem conferet. *Amen.*

## CONCIO QUARTA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quocunque tempore et quovis modo moriatur homo, aliquid semper consolationis propinquis et amicis relinquit; si enim in juventute moriatur, credunt, quod *raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne factio deciperet animum illius* (Sap. 4): si senex et longa ægritudinis gravatus ab hoc mundo discesserit, hæc in lacrymis consolatio superest, quod mors non ingressa sit illius domum per fenestras, at per januam, dumque mortem expectabat distantem potius, quam expoliantem. Si autem qui mortuus ingetur, justus et sanctus apud homines videbatur, hæc Salomonis verba in promptu habent propinqui: *justus, si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit* (Sap. 4); si tandem non justus et bonus, sed peccator et impius ab hominibus credebatur, Dei misericordiam peccata ejus superasse confidunt, quia erga omnes *Deus miserator et misericors* (Ps. 85, 15). Quascunque tamen quis super ho-



mine mortuo consolationis rationes fingat, superest semper quod suspicemur, illum ex hac vita ad ignem saltem purgatorium perrexisse, quia, teste D. Paulo, paradysum vix obtinet quis, qui per ignem purgatorium prius non transierit: *ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem* (1 Cor. 3). O fratres, qualis vobis manet consolatio, dum propinqui et amici in horrenda purgatorii fornace cruciantur? Quale vobis gaudium, dum illi flet, gemit et clamant: *miseremini mei, miseremini mei?* Certe potius cum illis flendum, et si non totaliter obdurata sint corda vestra, eorum misereri oportet auxiliarique eis præbere manus. Ad quod sedulo et prompte faciendum ut alicuius, ignis illius, quo purgatoria fornax succenditur, naturam et characterem delineabimus. *Aca.*

Purgatorius ignis potentie, justitiæ et sapientiæ divinæ minister constituitur: *Dei potentia* ignem hunc, licet materialem et corporeum, ad animas, quæ mere spirituales sunt, torquendas elevat: *Dei justitia* hoc utitur igne, ut viros justos purificet; *et Dei sapientia* quodam quasi intelligentiæ spiritu hunc ignem afficit, ut discernat, quam gravia sint cuiusque delicta, ut juxta merita unumquemque cruciet. O ignem mirabilem, quem Dei elevat potentia, armat justitia, et erudit sapientia hunc elevat potentia, ut agere valeat in spiritus; hunc armat justitia, ut viros etiam sanctos torqueat; et hunc erudit sapientia, ut cuiusque merita discernat. Unde, meo quidem iudicio, ignis purgatorii characterem satis explanasse et delineasse videbor, cum dixerò, eum esse corporeum et materialem, voracem et vehementem, discretum et sapientem. In purgatorio habetur 1. *ignis corporeus*, qui torquet spiritus; 2. *ignis violentus*, qui torquet sanctos; 3. *ignis sapiens*, qui quemlibet torquet juxta merita. Ecce qualis sit ignis, quo torquentur fideles in purgatorii fornace.

## I PARS.

*In purgatorio est ignis corporeus, qui torquet spiritus.*

Ignem purgatorii corporeum esse discrete assertit sanctus Gregorius (*Dial. 4, 29*), et hoc passim tenent scholastici Doctores; inter quos Seraphicus Bonaventura ait, quod ignem hunc corporeum esse Dei justitia exigit, quia sicut secundum ordinem nature, anima corpori a Deo jungitur, ut illi vitam influat, ita ordo divinæ justitiæ exigit, ut anima quæ peccaverit, alteri corpori, igni scilicet, uniatur, ut per eum puniatur: *ordo divinæ justitiæ exigit, ut spiritus ab igne materiali habeat puniri: ut sicut secundum ordinem nature, anima unitur corpori, ut influat vitam ipsi corpori, sic unitur igni materiali secundum ordinem justitiæ, ut punibile punienti, a qua suscipiat poenam* (in *breviloq. q. 7, c. 2*). Non facile percipitur quomodo corporeus hic ignis in animam incorpoream et totaliter spirituales agere valeat; sedelium enim anime, quæ in purgatorio igne torquentur, a suis corporibus separantur, quomodo ergo fieri potest, ut elementum hoc materiale, extensum et ex variis partibus compositum, in animas spirituales, inextensas, et partibus carentes agat? Fatentur omnes, quod agens quodcumque actionem suam ultra activitatis suæ spheram ferre non possit; qui ergo fieri potest, ut agens materiale et corporeum agat in animas spirituales, quæ extra activitatis ejus spheram sunt? Hanc certe ignis corporei in animas spirituales actionem mens humana explicare non valet, et ideo Hugo a S. Victore (*de Sacr., 2, 3, 3*) hanc actionem vocat *perpetuum miraculum*, quod homo percipere non potest. Ideo etiam Lactantius Firmianus ait, hunc ignem *inenarrabiliter torquere*. Ideo sanctus Chrysostomus assertit, hunc ignem  *tormenta indicibilia inferre*: et D. Augustinus, corporeum hunc ignem  *miris et ineffabilibus modis* (*de Civ. 6, 10*) animas cruciare prædicat. Licet autem

miraculosa, inenarrabilis, indicibilis et ineffabilis sit actio ignis corporei in animas spirituales, certum tamen est, quod in eas vere agat, quoque eas dirrissime torqueat. Diversimode explicare conantur theologi hanc ignis corporei in animas actionem: dicunt aliqui, eam esse realem et physicam, ignemque physico agere in spiritum, non quidem per solam sibi nativam virtutem, et per Dei potentiam, quae illum supernaturaliter elevat, ut in spirituales substantias agat. Asserunt alii, hanc ignis corporei actionem esse solummodo moralem et metaphoricam, varietate hanc ejus actionem explicare contendunt; verum sive physica, sive moralis dicatur hæc actio, ineffabilis semper est, veraque assertitur quod modo ineffabili spiritus cruciantur ab igne corporeo: *ineffabilibus modis recipientes eæ ignibus penam* (S. Aug. ubi sup.). Proinde in hoc mysterio unum nobis manet incertum, et aliud certum; incertum quomodo ignis corporeus agat in spiritus, idque concipere nequimus: certissimum et indubitatum quod ignis corporeus vere agat in spiritus, ac eos cruciet. Sic namque docet divus Augustinus: *adhærebunt ergo spiritus, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi miris et ineffabilibus modis recipientes eæ ignibus penam* (S. Aug. ubi sup.). Si ab Augustino queras, quomodo purgatorii corporeus ignis in spirituales animas agat, se hoc non intelligere fateatur, utpote mysterium ineffabile: *ineffabilibus modis*. Si autem ab eo petas, an revera corporeus purgatorii ignis in spirituales animas agat et an eas cruciet; hoc vere arbitratur, de hoc non dubitat, easque ab igne corporeo cruciari asserit: *adhærebunt spiritus, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi*. Cum Augustino idem sentit sanctus Gregorius, dicens, quod *per ignem corporeum mens incorporea cruciatur* (*Dial.* 4, c. 29). O fratres, sæpe sæpius subterraneanum hunc ignem recogitate; in purgatorium crebro viventes descendite; corporeum hunc ignem sæpissime mente revolvite; in illum projici timeto ac talem suscipite penitentiam, ut ea meditante, gravissimas illius ignis penas vitare valeatis. Hunc certe ignem antiquitus serio meditabantur viri sancti, in illum projici quam maxime timebant et ideo indefessa solitudine gravibus penitentis incumbebant. Jam

nunc primævus hic evanuit fervor, temporum successu obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii, hominum facies est denigrata, nullumque fere reperire est, qui gravi penitentia adhæreat, quia nullus fere est, qui in purgatorium ignem injici formidet. Plerique similes sunt pueris, qui, ut ait Chrysostomus, *larvas timent, ignem non timent*. Pavent et trepidant pueri, cum illis personatus quidam sese offert homo, a quo nil mali sunt passuri: *larvas timent*; si vero candellam accensam videant, nequaquam timent; quin contra et blandiuntur, eique libenter digitum admovent: *ignem non timent*. Sic certe se habere solent plerique hominum; dum enim eis jejunare, vigilare et aliis penitentia operibus, quæ levia et nullius quasi momenti sunt, incumbere proponitur; tunc timent, nec iis vacare quomodocumque volunt: *larvas timent*. Cum dein iis dicitur, quod nisi penitentiam egerint, Deoque totaliter in hoc mundo satisfecerint, in purgatorium mittentur, ubi ab igne corporeo dirissime cruciantur: *ignem non timent*. Imo plerumque dicunt, quod piacularibus purgatorii flammis ad multos dies, ad plurimos etiam annos, adjudicari optarent: *ignem non timent*. O quam metuendus est hic ignis! O quam formidandus! Quod ut clarius pateat, hunc ignem, non solum corporeum; verum et maxime violentum esse jam probabimus.

## II PARS.

*In purgatorio est ignis violentus, qui torquet justos.*

1. Ignis purgatorii gravitatem et violentiam mirabiliter exegerant sancti, præcipuè tres, nempe Anselmus, Casarius et Augustinus; quorum primus, hunc ignem ita violentum et vehementem esse asserit, ut nil eo gravius homo quisquam in hoc mundo sustinere possit: *gravior est ille ignis, quam quidquid homo pati potest hæc vita*. Addit sanctus Casarius Arelatensis Antistes, hominem mortalem nec cogitare posse,



quanta sit ignis illius gravitas; *purgatorius ignis durior erit, quam quod possit poenarum in hoc saeculo sentiri, aut cogitari* (ho. 7 et 8). Præ cæteris ignis hujus violentiam melius explanare, magisque amplificare videtur sanctus Augustinus: dum ignem igni conferens, ait ignem nostrum respectu ignis purgatorii, fictum tantum et pictum ignem videri; *ignis noster in hoc mundo est tanquam ignis depictus in afflictione, respectu poenæ ignis purgatorii*. Norunt omnes, tantam ignis nostri esse vim, ut duriora metalla liquet, silvas et montes absumat, in eam projecta quævis corpora devoret, ac intolerabiles dolores causet; nihilominus, si credamus Augustino, tanta est Purgatorii ignis violentia, ut noster hic ignis respectu illius videatur solummodo ignis imaginarius et pictus: *est tanquam ignis depictus*. O magam purgatorii ignis violentiam! Nec mirum, si ignis illius vehementiam tantam exaggerent sancti Patres, cum hic ignis ejusdem sit naturæ cum tartareo: *sub eodem igne*, inquit sanctus Gregorius, *purgatur electus et crematur damnatus* (4 Dial.): et, ut ait Doctor Angelicus, *idem est ignis qui damnatos cruciat in inferno et qui justos in purgatorio purgat* (in 4, d. 10, q. 2, art. 1). Ad horrendam, quæso, tartari fornacem mentis oculos nunc convertite ignis illius impetum et acerbitatem serio contemplantini; attendite quanta sit violentia ignis illius, quem accendit Deus in furore suo; perpendite, quam grave sit ab illo igne urgi; ut pote quasi omnium tormentorum congeries et in quo adunata videntur omnia supplicia: *in uno igne omnia supplicia sentiunt in inferno peccatores* (S. Hier., *epist. ad Pammac.*). O vere magnam tartarei illius ignis violentiam! o quam acerbis etiam et violentis est ignis purgatorius, qui eandem cum tartareo sortitur naturam: *idem est ignis*. Inter utrumque tamen hæc habetur differentia, quod tartareus reprobus, *purgatorius vero viros justos et electos cruciat*.

2. Non Turcas, non barbaros, non infideles, non schismaticos, nec alios quosque in statu peccati mortalis defunctos, solos justos recipit purgatorium; in eo soli purgantur electi, ab ejusmodi igne soli prædestinati cruciantur: *igne pur-*

*gabuntur filii Levi, igne Ezechiel, igne Daniel* (S. Ambr. in Ps. 36). Viri quique sanctissimi, inquit S. Ambrosius, licet filiorum Levi æmulentur sanctitatem, quamvis propheticis Ezechielis spiritu potiantur, ac Danielis pietate floeant, hoc tamen igne purgabuntur et torquebuntur, si quid post mortem in iis purgandum remaneat. O Domine, quam formidabilia judicia tua respectu justorum, quos purgatorii ignibus adjudicas! *Non mirum* (Num. 16), quod olim aperiretur terra, ut deglutiret Dathan et Abiron, quodque itidem ducenti quinquaginta viri ab igne cæli consumerentur, qui rebelles fuerant Moysi, ac adversus Deum blasphemaverant: *non mirum* (Dan. 3), quod a Babylonicæ fornacis igne vorarentur barbari cujusdam regis ministri, qui utpote idololatæ, majora supplicia merebantur: *non mirum* (Gen. 19), quod super Sodomam et Gomorrhiam pluerit Dominus sulphur et ignem, quodque civitates illas subverterit, quia omnes fero earum cives pessimis et infandis criminibus inquinabantur: mirum propterea et stupendum est, quod servos suos, sanctos suos, suosque prædestinatos ob levia quædam delicta ad vehementissimas purgatorii flammæ Deus condemnet. Justitia secularis non qui in levia solummodo incidunt peccata, varum sacrilegos, sodomitas et alios majorum criminum reos ad ignis supplicium damnat. Ast ita gravis et severa est Dei justitia, ut viros quosque sanctissimos, ob levissima quævis delicta quæ in hac vita non abluerunt, ad purgatorium intolerabilia ignis purgatorii tormenta perpressuros damnat. O quam terribile incidere in manus Dei viventis! Quam formidanda ejus judicia! O quam durum et molestum, ob unicum verbum otiosum, ob mendacium officiosum, vel ob aliam levissimam culpam purgatorii penas pati! O fratres, quis ex vobis intra voraces illius ignis flammæ poterit remanere? *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?* (Isa. 34). Quis ex vobis, molliculi et delicatuli adolescentes, qui in medio voluptatum cœno vivitis? Quis ex vobis, clarissimi, amplissimi, nobilissimi que domini, qui nullos salutaris penitentia fructus facitis? Quæ ex vobis, o comptæ, et tenellulæ puellæ, quæ nec puncturam acus,

nec scintillam ignis ferre valetis? Quis, inquam, ex vobis habitare poterit cum devorante purgatorii igne? Heu! inquit Casianus, *digito ignem modicum tangere horremus et quomodo non formidamus in ignis rogam ligatis manibus et pedibus injicere?* Hoc timeate, hoc pertimescite; ne dicatis: justus sum, sanctus sum: potius qui *justus est, justificetur adhuc, et sanctus, sanctificetur adhuc* (Apoc. 12); ac ita perfecte quisque vivat, ut in purgatorio igne nil expandum remaneat. Ne similes efficiamini hujuscemodi christianis, quibus satis esse videtur mortalia non perpetrare, et ideo de venialibus vitandis nullo modo curant. Mentiuntur saepe, vana passim loquuntur, otio molli indesinenter indulgent, negligenter orant, et alia, quae venialia consentur, non secus ac si bona essent, nullo negotio patrant. Heu! si scirent, ac intelligerent, quam violentus et vehemens sit purgatorius ignis, quo plectuntur, qui veniales maculas contraxerunt, certe ab illis perpetrandis totis conatibus abstinere, et jam perpetrata summo studio in hoc mundo purgarent. Perpendite, inquit Augustinus, quod ignis quo Deus in alio mundo homines punit, elementari nostro igne sit longe vehementior; et tamen non est qui non mallet ignis nostri supplicia vitare, quam aliud quod crimen perpetrare: *non erit iste ignis, sicut focus tuus: quo tamen si manum tuam mittere cogaris, facies quidquid voluerit, qui hoc minatur* (in Ps. 49). Hoc pensate, hoc recogitate, et salutaris haec cogitatio ad lava quaevis peccata vitanda vos alliciat. Cum mentiendi, vel in aliud veniale incidendi occasio subest, accense candelae, si vultis, digito admovete, aut saltem intra vos dicite: si veniale hoc peccatum admittam, nec illius vivens poenitentiam agam, purgatorius me expectat ignis, in quo non solum ad momentum, vel ad horam, imo forte ad plurimos dies, mensesque cruciabor. Hoc saepe intra vos dicite, hoc pensate, hoc mente revolvite; talique cogitatione commoti, minima quaevis venialia vitare satagite, ut non incidatis in purgatorium, in quo ardet ignis violentus, qui cruciat sanctos, et in quo ardet etiam *ignis sapiens, qui quemlibet torquet juxta merita.*

## III PARS.

*In Purgatorio est ignis sapiens, qui quemlibet torquet juxta merita.*

Quantumvis gravia et dira sint ab igne purgatorio causata supplicia, ea tamen justa et aequissima esse certum est, quia Deus *quod justum est, cum tranquillitate discernit et recta voluntate disponit* (Aug. de vera innocen., 12). Sicut enim in inferno Deus gravitatem supplicii gravitati criminum commensurat; juxta illud (Apocal. 18); *quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormenta et luctum*; ita et in purgatorio ad multitudinem et gravitatem delictorum attendit; spectat quanta sint ejusque delicta, et quemlibet juxta merita plectit; debitaeque proportionem servata, quemlibet juxta delictorum qualitatem et quantitatem severo punit. Verum quidem, quod idem sit purgatorius ignis respectu omnium; Deus tamen aliquem huic igni sapientiae et discretionis infudit spiritum, quo ejusque discernit merita, et quemque juxta delictorum et debitorum exigentiam cruciat: *quantum stulta iniquitas suggestit, tantum sapiens poena describit* (Aug. ho. 16 ex 50). Fideles, qui purgatorii flammis adducuntur, non sunt aequaliter debitores justitiae divinae, tum quia inaequalibus gravantur peccatis; tum quia non aequaliter Deo pro peccatis in hoc mundo satisfecerunt. Deus autem, ut nulli injuriam faciat, mirabili quodam intelligentiae spiritu purgatorium ignem afficit, quo ejusque merita et debita dignoscit, ac quemque, servata aequitate, juxta merita punit. Tartareus ignis a Tertuliano vocatur *sapiens ignis* (scorp. 4), et ab Eusebio Emisseno nuncupatur *ignis arbiter* (ho. 4 de Epiph.). Hic ignis *sapiens* dicitur, quoniam quae et quanta damnati ejusque sint demerita sapientissime discernit et quemque congruis cruciat tormentis; dicitur, etiam *ignis arbiter*, quia aequissimum in damnatos exercet judicium, et penam juxta unicuiusque culpam decernit et



infigit. Quod autem de tartareo, hoc et de purgatorio igne dicendum: iste etenim ejusdem est naturæ, eodemque sapientiæ spiritu pollet. Vere *sapiens et arbiter* æquissimus est purgatorius ignis, dum quemlibet fidelium defunctorum nec plus, nec minus, quam par est, ac præcisè juxta delicta et debita cruciat: *quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vindicabit quantum flammæ rationabilis disciplina* (S. Aug. ibid.). Purgatorii hujus ignis sapientiam et æquitatem mirabiliter explicat Cassianus, cum eum meritorum cujusque inquisitorem vocat: *ille ignis est inquisitor meritorum* (coll. 3). Qui catholice fidei inquisitioni præficiuntur, sapientissimi simul et æquissimi esse solent: *ut sapientissimi*, eorum, qui ad ipsorum tribunalia vocantur, scelera examinant, eorumque gravitatem dijudicant: *ut æquissimi*, delictis poenam commensurant et quemlibet juxta culpæ exigentiam puniunt. Hæc sane sunt inquisitorum fidei munia, quibus, aut saltem similibus fungitur purgatorius ignis, qui quasi iudex a Deo electus pro fidelium defunctorum inquisitione sedet. Estque iste ignis *inquisitor sapientissimus*, dum cujuslibet ex fidelibus defunctis delicta et debita examinat, discernit et ponderat, et est *inquisitor æquissimus*, dum quemlibet pro ratione culparum et debitorum cruciat. Si quisque semetipsum in præsentì judicaret, Deoque plene satisfaceret, nequaquam ulterius judicaretur, nec ad Purgatorii penas damnaretur: *si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicemur* (1 Cor. 11); quia tamen viri, etiam sanctissimi, levia peccata in quæ incidunt, non satis examinant, nec satis in hæc vita judicant et puniunt, ignem purgatorium, ut sapientissimum et æquissimum judicem, statuit Deus, ad examinanda et probanda cujusque opera: *uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit* (1 Cor. 3). Hic ignis, ut iudex et inquisitor a Deo constitutus, abscondita tenebrarum et secreta cordium penetrat, cogitationes, verba et cujusque opera inquiri; quantis quisque supplicis dignus sit, adiudicat; ac juxta cujusque merita, suos temperat ardores et quemque juxta culparum exigentiam punit et cruciat. In ecclesiastico inquisitionis tribunali, gravia solummodo examinari et puniri solent scelera: in eo

blasphemias, hæreses et alia id genus peccata ad examen vocantur et juxta cujusque gravitatem plectuntur; ignis purgatorius inquisitor severus lævia quæcumque delicta scrutatur, censura debita inurit et condigno supplicio plectit. O vos omnes, qui lævia intra conscientiam latentia peccata indiligenter et perfunctorie examinatis; vos qui divine justitiæ in hoc mundo plene et perfecte satisfacere negligitis, scitote quoniam immediate post mortem, ad inquisitionis purgatorii tribunal vocabimini. Ibi *inquisitor ignis*, mendacia hæc quæ nullis momenti censetis, verba illa otiosa quæ nulli injuriam facere dicitis, frequentes illas nugas, quas animi oblectandi causa proferitis, tempus quod in vanis et iuanibus teritis occupationibus, minimas negligentias, ad quas inter orandum declinatis, ac tandem quidquid in verbis et operibus vestris imperfectum et vitiosum reperitur, sedulo examinabit, ac quemque juxta merita puniet, nec ab illo exiet quisquam, donec justitiæ divinæ fecerit satis: *non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem* (Math. 5, 26). O quam terribilis est ille ignis! Terribilis quidem et timendus; pauci tamen illum timeant; imo nonnullos reperire est, qui in illum mitti peroptant. Et sicut olim illustrissimus martyr sanctus Ignatius dicobat: *utinam fruar bestiis!* ita et dicant hi: utinam purgatorio fruar igne! Utinam ad ardores illius per multum temporis tolerandos aliquando damner! Nesciunt certe quid petant hujusmodi homines; si enim scirent, ac probe nosset, quam gravis et vehemens sit ille ignis, non sic loquerentur, nec talia emitterent vota; potius jejunia, aliisque severioris penitentiae operibus pertinaciter insisterent, ut medianibus illis, impertransito purgatorio, post mortem ad paradisum recta pergerent. Audivit aliquando sancta Lydvina pium quemdam sacerdotem dicentem: vellem, si liceret mihi multis annis, multisque sæculis degere in purgatorio, modo certo constaret, me postea salvum fore. Cui virgo suspirans respondit: *quid est, domine, quod loqueris? Si scires qualis sit purgatorii locus, et quas ibi dent penas animo, nequaquam ita loquereris* (Surius, 14 aprilis). Quod sacerdoti huic dixit admiranda virgo Lydvina, hoc et omnibus

dico, qui in purgatorium ignem mitti non formidant: si enim scirent, quomodo hic ignis agat in spiritus, quanta sit ejus violentia, et quam sapienter ponderet et severe puniat minima quævis delicta, pro certo in illum ignem mitti timerent, ac omnibus modis illum vitare conarentur. In hunc ignem mitti timebat S. Augustinus, qui mixte sic Deum deprecabatur: *O Domine, in hac vita purges me, et talem me reddas, cui igne purgatorio non opus sit* (in Ps. 17). In hunc ignem projici et vos similiter timetis, ac eandem pluries ad Deum orationem fundite: eam supplices rogat, ut in hoc mundo per gratiam suam, ac per morbos et afflictiones ita vos purget, ut post mortem in purgatorio igne luendum et purgandum nil remaneat: neque solum pro vobismetipsis orandum, verum et pro amicis, benefactoribus et parentibus, qui in mediis flammis cruciantur. Supplices et gementes ab ima purgatorii fornace ad vos clamant, dicentes: *miseremini mei, miseremini mei*; eorum, queso, audite voces; vestra ne obduretis corda, eorum miseremini; erga illos estote misericordes, et Deus erga vos se misericordem exhibebit. Non satis est flere, sed iis ita miserendum, ut auxiliares eis manus præbeatis, eosque e medio flammarum eratis. Cum olim Romæ templum deæ Vestæ dicatum incendio vastaretur, virgines illas quarum curæ demandatum fuerat, in terram se prostrantes, plurimum flebant, nilque aliud agebant: quibus Metellus, templi hujus sacerdos magnus, ait: *non est auxilium flere*, et per medias transiens flammis deæ Vestæ statum ab incendio liberavit. O fratres, scitis, fidelium animas in mediis purgatorii flammis ardere et ploratis multum, intelligite; *non est auxilium flere*. Has non a vobis petunt lacrymas, sed ut ipsarum misereamini, utque precibus, jejunis, elemosynis, aliisque piis operibus illas a purgatorii fornace oruere conamini. Miseremini ergo illarum, et Deus erga vos erit misericors, ac per infinitam suam misericordiam gratiam in hoc mundo, et gloriam in futuro vobis largietur. Amen.

## CONCIO QUINTA.

*Miseremini mei, misereamini mei* (Job. 19, 21).

Rogo et obsecro vos, fratres, *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti* ut animarum, quæ in purgatoris torquentur flammis, misereamini; hoc a vobis supplex peto *in nomine Patris* qui vos creavit; *et Filii*, qui vos redemit; *et Spiritus Sancti*, qui vos per gratiam suam regeneravit. Has in cælo animas expectant adorandæ tres sanctissime Trinitatis personæ; expectant ut nos, multiplicatis sacrificiis, aliisque bonis operibus, eas a purgatorii ergastulo liberemus. Supplices, queso, divinarum personarum voluntati pareamus, et urgentibus piorum defunctorum precibus annuentes, eos a piacularibus flammis eruere conemur. Ibi a multo tempore flent, clamant et conqueruntur: *flent* suam deplorantes infelicitatem, *clamant* ad mortales, quorum suffragiis liberari peroptant, et *conqueruntur* de propinquis, hæredibus et aliis, qui testamenta executioni mandare, preces fundere aliisque pia opera ad ipsorum liberationem perficere negligunt. Amaras queso, eorum abstergite lacrymas, clamores illorum audite, ac iustis illorum querelis commoti, ipsis subvenite: ad quod ut vos alliciam, purgatorium, in quo torquentur, hodie proponam, ut *terram infelicem et ærumnosam. Acc.*

Purgatorium, sicut et paradisi, terra sancta dicitur, quia sicut in paradiso, ita et in purgatorio non nisi sancti habitant. Unde cuilibet sive in paradiso, sive in purgatorio esistenti dici potest: *locus in quo stas, terra sancta est* (Exod. 4). Magna tamen habetur differentia inter utramque illam terram, quia paradisi terra et sancta et simul felicissima est: purgatorium vero terra quidem sancta appellatur; verum etiam simul terra ærumnosa et infelix, quia terra dolorum, tenebrarum et oblivionis. Paradisi non est terra dolorum, nam ibi *neque clamor, neque dolor erit ultra* (Apoec. 21); non est etiam terra tenebrarum,



quia ab ipso Deo, solè justitiæ, mirabiliter illuminatur; *habentem charitatem Dei* (Ibid. v. 11); non est tandem terra oblivionis, quia sanctorum gesta Deus æternæ memoriæ mandabit; *in memoria æterna erit justus* (Psal. 111). O felicem paradisi terram! O quam felices et fortunati censendi, qui in ea habitant! Purgatorium vero terra infelix et ærumnosa dicenda, quia est terra dolorum, tenebrarum et oblivionis: *est terra dolorum*, in qua acerbissimos dolores patiuntur fideles defuncti: *est terra tenebrarum*, in qua gementes delitescunt: *est terra oblivionis*, in qua dum gravia patiuntur, ab hominum memoria excidentur. Purgatorium est 1. terra dolorum; 2. terra tenebrarum; 3. terra oblivionis: eni tres tituli quibus purgatorium ærumnosam terram esse patet.

## I PARS.

*Purgatorium est terra dolorum.*

David, mortuo ingrato filio suo Absalon, amare flevit, clamans: *fili mi Absalon, Absalon filii mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te?* (II Reg. 18). Cur tam amaras lacrymas fundit propheta, mortuo Absalon, qui ipsi infensus exiterat? Non flevit David, mortuo puero quem habebat ex Bethsabæe; cur ergo, mortuo Absalon, amare flet? Flet, inquit Augustinus, *quæ nocerat in quas pœnas tam adultera, tam impia et parricidialis anima raperetur idæ doct. Chris. 21*). A Propheta regio discite, quando et pro quibus mortuis flendum; non enim flendum pro infantibus, qui post acceptum baptismum moriuntur; flendum pro patribus, matribus et omnibus adultis, qui post commissa et non totaliter deleta peccata, ex hoc mundo exeunt, quoniam sive ad infernum, sive ad purgatorium damnentur, ubique miseri manent, etsi non æqualiter; in inferno sunt in æternum miseri; in purgatorio vero, licet non in æternum, gravi tamen miseria tabescunt, fitque illis purgatorium terra suppliciorum et dolorum, in qua tot tantisque do-

loribus subjiciuntur fideles defuncti, ut continuum sit miraculum, quod in iis subsistere possint: *in miseris non subsistent* (Psal. 139). Ut exprimat S. Cyrillus quanti sint dolores, quos in purgatorio perferunt animæ defunctorum, dolores cum doloribus confert, animarumque purgatorii dolores cum nostris comparans, ait, utrinque quidem esse dolores, atvero tantos arbitratur, quos in purgatorio perferunt fideles defuncti, ut in comparatione illorum gravissimi quique hujus mundi dolores, non dolores, potius consolationes et refrigeria censeantur. *Si omnes quæ in mundo sunt pœnæ, tormenta et afflictiones, comparentur minori pœnæ quæ illic habetur, veluti solatia apparebunt* (in vita S. Hieron.). Videte, quantos dolores patiuntur in suppliciis rei, acri in infirmitatibus, in xenodochiis pauperes, Martyres in tormentis, eorum et aliorum omnium, qui in hoc mundo dire cruciantur, dolores ponderate, eosque respectu dolorum quibus gravantur animæ fidelium defunctorum, levissimos existimate, quia si omnes quæ in mundo reperiuntur pœnæ, tormenta et afflictiones, comparentur minori pœnæ quæ illic habetur, *veluti solatia apparebunt*. Cum acri dentium dolore stimulamur, amare flemus, gementes undique clamamus, nullumque dolorem nostro acerbiori eveniri posse arbitramur. Cum dysenteria, calculo, podagra, vel gravi alio laboramus morbo, mori magis, quam diu sic vivere optamus, doloresque nostros ipsa morte amariores putamus, et graves quidem in se videntur; qui tamen intuitu eorum quos patiuntur fideles defuncti, non dolores, imo solatia reputandi: *veluti solatia apparebunt*. Dolores hujus mundi, aut leves sunt, aut breves, quoniam si graves cito transiunt, nec diu curare possunt. Nam juxta commune effatum *nullum violentum perpetuum*, et ut præclare loquitur moralis philosophus: « hoc solatium vasti doloris est, quod necesse est, desinas illum sentire, si nimis senseris: nemo potest valde dolere et diu: sic nos amatissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem, aut brevem faceret: brevis morbus ac præcepit alterum faciat, aut extinguetur, aut extinguetur ». In purgatorio autem dolores diu durant, et simul acerbissimi sunt: durant aliquando ad decem,

ad viginti, imo ad centum annos et ultra; et tamen ita graves et acerbi sentiuntur, ut omnes quos patimur in hac vita dolores, levissimi, parvi et quasi nihil reputandi respectu eorum quos in purgatorio fideles patiuntur. Animarum purgatorii dolores plusquam gravissimos esse fateamur, si unico ictu oculi, purgatoria hæc loca, et quæ in iis patiuntur fideles defuncti, lustrare valeremus. Hæc! si videre possemus subterranei hujus carceris acerbissimam, portentosam ignium illic exardescentium vim, summamque animarum ibi patientium tristitiam: si videremus, aut saltem perfecte nossemus, quam graviter ibi suos Deus plectat amicos, ut eos æternæ gloriæ dignos efficiat, attonitus quisque haud dubie clamaret: o quam graves, quam acerbos dolores patiuntur ibi fideles defuncti! Nemo sane non assereret, dolores nostros respectu illorum, dicenda quasi lenimenta et solatia. Hoc olim firmiter crediderunt et asseruerunt ex Anglis multi, cum unum ex Britannia Majoris incolis, Drithelmus nomine, a mortuis suscitatum viderant. Hic, cum fato functus ex Dei permissione purgatorii pœnas intueri et contemplari potuisset, a mortuis excitatus palam dixit, vitam denno sibi concessam, tamen longe alia ratione ducendam. Et revera, teste V. Bada (hist. 5, 13), novus hic homo novam et portentosam vitam duxit: mox enim facultates omnes pauperibus et liberis distribuit, sequè in cœnobium recepit, ubi portentosæ penitentia operibus vacavit. Vigilabat, jejunabat, aliisque solitis mortificationibus carnem suam affligebat, ac insuper ardentibus prunis decumbens aliquando crenebatur, stupentibusque adstantibus se caldiora vidisse dicebat: *caldiora vidi*. Nonnunquam frigidissimo hiemis tempore in mediis stagnorum aquis se immergebat; aliisque rogantibus ut ab hoc loco discederet, se frigidiora vidisse respondebat: *frigidiora vidi*. Inter repes et lapides nudum corpus interdum volutabat, atque interrogantibus, cur hæc faceret? Se diriora vidisse assererat: *acerbiora vidi*. Pensate, fratres, sæviora supplicia, quæ unquam humana justitia decrevit in reos; perpendite crudeliora tormenta, quæ ingeniosa tyrannorum crudelitas exercent in martyres; mente, si vultis, revolvite cunctas plagas, quibus divina vindicta percussit im-

plos, iis sane diriora et acerbiora viderat Drithelmus; nempe purgatorii supplicia, quæ ita acerba sunt, ut quæcumque in hoc mundo patimur, respectu illorum, non supplicia imo solatia videantur. O quanta censenda purgatorii supplicia! O quanti dolores fidelium qui ea patiuntur! Eos certe gravissimos censuit Philippus tertius Hispaniarum rex, qui ut defunctam conjugem *Margaritam Austriacam* ab iis liberaret, viginti millia pæcularia sacrificia fieri curavit (Engel. serm. pro Defunct.). Eos etiam acerbissimos credidit serenissima Hispaniarum infans, Isabella Clara Eugenia, quæ pro defuncto conjugè *Alberto Pio*, sacerorum quadraginta millia celebrari imperavit. Eos quoque dirissimos firmiter credunt multi, qui testamento suo, statim ubi extremum spiritum exhalarint, sacra multa pro se continuo fieri constituunt. Quod quidem recte factum; rectius autem faciunt alii, qui ante mortem sibi prospiciunt, missasque plurimas pro se celebrari satagunt. Hos et illos, queso, imitamini; itemque imitamini alios his omnibus sapientiores, hos, scilicet, qui, ut in purgatorio nil expiandum superest, ante mortem non solum de gravissimis, verum et de levissimis quibusque culpis penitentiam agunt. Sic faciendum esse clamat S. Chrysostomus, dicens: *præoccupet penitentia pœnam, regnum peccatorum extinguamus paucis lacrymis* (hom. 5 de penit.). O fratres, sic vivite, ut non expectet, verum præveniat et præoccupet penitentia vestra pœnam purgatorii, flete, orate, superflua in elemosynas erogate, ac salutaribus cunctis penitentia operibus sedulo incumbite, ut vitare valeatis dolores purgatorii, qui acerbissimi sunt. Ad hæc purgatorium, terra dolorum, est etiam terra tenebrarum.



## II PARS.

*Purgatorium est terra tenebrarum.*

In ipso mundi primordio, postquam creavit Deus cœlum et terram, *tenebræ erant super faciem abyssi* (Gen. 1). Jamvero præ nimia, qua pollet Deus bonitate, mox corpus quoddam lucidum creavit, a quo dies noctesque distinguerentur, quousque quarto creationis mundi die solem et lunam creavit: *solem*, ut præset diem; et *lunam*, ut præset nocti: *fecitque Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præset diei, et luminare minus, ut præset nocti* (ibid. v. 6). Hæc sunt duo mirabilia luminaria, quæ nobis in hoc mundo viventibus illucescunt; hæc a nobis tenebras fugant. Duo vero hæc luminaria in purgatorio non apparent: purgatorium enim est terra tenebrarum, cui nec sol, nec luna, nec quodcumque sidus lucet. De hoc nullus supores dubitandi locus, cum purgatorium sit in imis terræ visceribus, non longe ab ejus centro et prope infernum, ubi nulla siderum quoruncumque lux videtur et ubi ipse ignis afflictiis fidelibus non lucet, caloremque habet ut eos torqueat; lucem non habet ut eos oblectet. Et hoc sensu dixit regius Vates, Deum sive tartarei sive purgatorii ignis flammam intercidisse: *vox Domini intercidentis flammam ignis* (Ps. 28). Flammam quidem ignis purgatorii intercidit, quia in eo lucem a calore separavit; et relicto ei calore, ab eo abscedit lucem: reliquit ei calorem, ut torqueret fideles; ab ipso abstulit lucem, ut in purgatorio, quasi in terra tenebrarum, remaneret, ubi nulla solis, luna, siderum, ignis, vel cujuslibet alterius luminaris luce foverentur. Certum est, in multis infernum a purgatorio differre et in hoc præcipue quod inferni æterna, purgatorii vero transitoria habeantur supplicia; in hoc conveniunt, quod sicut infernus, ita et purgatorium sit terra tenebrarum. Quod parabolis duabus nobis manifestare voluit Christus, quarum una infernum et altera purgatorium

terram tenebrarum esse declarat; *prima* est regis cujusdam, qui cum invitatus ad nuptias quas paraverat, sollicitè lustrasset, unum ex eis adnotavit vestem non habere nuptialem, quem acriter arguit, eumque in tenebras exteriores mitti jussit: *tunc dixit rex ministris; ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores* (Matth. 22, 13). Hac parabola nobis delineantur impij et omnes peccatores in statu peccati mortalis ex hoc mundo migrantes, qui ad tenebras exteriores, seu ad infernum in æternum cremandi mittuntur; cum enim eos Christus nuptialem gratiæ vestem non habentes videt, adversus illos irascitur, illos acriter objurgat, eosque ad tenebras exteriores mitti imperat: *mittite eum in tenebras exteriores*. O luxuriose, qui tot libidinibus corpus tuum fœdisti! o avaro, qui aliena inique rapuisti! o peccator, qualiscumque sis, qui ex hac vita lethali peccato fœdatus migras, optares ad cœlum et ad Agni nuptias venire; quia vero diviniæ gratiæ nuptiali veste indutus non apparebis in infernum, ubi tenebras patieris perpetuas, precipitaberis: *mittite eum in tenebras exteriores*. *Secunda parabola*, quæ de purgatorio intelligitur, est de homine quodam prædite, qui cum peregre proficisci vellet, vocavit servos suos, quibus sua bona tradidit, ut mediante eorum ministerio facultates suas augetet, et aliquem ex bonis suis fructum perciperet. Uni autem ex servis dedit quinque talenta, alteri duo et alteri unum. Qui quinque talenta acceperat, operatus est in eis et alia quinque lucratus est: similiter et qui duo talenta acceperat, lucratus est alia duo; qui autem unum acceperat, non operatus est in eo; et licet illud sollicitè servaverit, illudque Domino suo fideliter reddiderit, nihil tamen lucratus est, nec aliquid emolumentum Domino attulit; quapropter iratus Dominus adversus hunc servum, eum in tenebras exteriores mitti jubet: *inutilem servum ejecite in tenebras exteriores*. Ecce quo mittuntur desides catholici, qui non magna quidem perpetrarunt scelera, et qui magnis etiam virtutum operibus incumbere renuunt: ecce quo precipitantur servi illi desidiosi, qui quidem animam suam gravibus non coingnant criminibus, quique ex talentis a Deo acceptis non multum re-

ferunt fructum: *ejicite in tenebras exteriores*. Hi qui in venialia solummodo incidierunt, non ad inferni, tantum ad purgatorii tenebras projiciuntur. O quam durum fidelibus defunctis ad tenebras illas damnari! quam acerbum iis uno, vel etiam pluribus annis in illa terra tenebrarum remanere! o quam diuturna illis et terribilis haec nox, quae pluribus saepe annis durat et sine ullo lucis usu continue perseverat! De Jacobo quodam Osorio narrat historicus, quod cum ex Hispaniarum regis ordinatione, carceri mancipatus fuisset, tanto mœrore confectus sit, ut intra unam noctem canerit, ejusque crines albi apparuerint. Unde occasionem sumpsit Martialis poeta dicendi, longam fuisse hanc noctem, cum in ea homo ille senex evaserit: *o nox, quam longa es, quæ facis una senem?* (epigram. 4, 7). Quam vero longior purgatorii nox! Quam durus est animabus in purgatorio existentibus, ibi pluribus annis, ac nonnunquam plurimis sæculis in mediis tenebris manere! Quam longa et quam crudelis illis ea nox; *o nox quam longa es!* Tristis erat senex Tobias, nec aliquo gaudio vel solatio hic in terris frui posse credebatur, quia cum cæcitate laboraret, cæli lumen videre nequibat, ac vita ejus nox videbatur perpetua: *quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, et lumen cæli non video?* (Tob. 5). Ea, quale gaudium esse potest animabus in purgatorio patientibus? quali frui possunt solatio, vel potius, quo mœrore, quoque dolore non comprimuntur sive ob penam sensus quæ cruciantur, sive etiam ob diuturnas tenebras quibus addicuntur? quam durum iis pluribus diebus et annis in mediis tenebris vivere! Mihi audire videor animas illas in tenebricoso purgatorio barathro clamantes: *Domine, ut videam*. O pueri, audite patrem, audite matrem, audite avos et atavos, quorum quilibet, ut cæcus ille, de quo S. Lucas, ad vos clamat: *Domine, ut videam*. O patres et matres, audite filios et filias, qui in mediis purgatorii tenebris delitescunt, vos supplices deprecantur, ut jejunii, elemosynis et aliis piis operibus eos ab illa tenebrarum terra eruatis. Hanc iis ne denegatis gratiam: *mortuo non prohibeas gratiam* (Eccli. 7). Orate, jejunate, elemosinas erogate et sacrificia Deo offerri cu-

rate, ut iis mediantibus fideles defunctos ab illa tenebrarum terra eruere valeatis. *Demum purgatorium est etiam terra oblivionis.*

### III PARS.

#### *Purgatorium est terra oblivionis.*

Ut suadeam, purgatorium esse terram oblivionis, velim solummodo, quod quisque advertat, quomodo se habere soleant filii, hæredes et amici respectu parentum, benefactorum, amicorum et aliorum defunctorum; certum enim est, quod eorum cito obliviscantur: *hodie homo est, et cras non comparet: cum autem sublatus fuerit ab oculis, cito transit a mente* (de *Imit. Chr.* 1, 2). Quot magnates, qui in seculo innumeris circumdabantur amicis et qui devictas nationes pedibus suis prostratas viderant, ubi primum intra parvata sibi sepulchra claudi contigit, ab uxorum, filiorum et aliorum memoria ita exciderunt, ut de præterita illorum magnitudine nil amplius cogitarent! Quot divites, quot sapientes, quot potentes in seculo, qui ut soles mundo affulserant, mox post mortem oblivioni traditi sunt, nec eorum magis mentio apud homines auditur quam miserorum militum, qui in conflictu ob recepta vulnera interierunt, quorum nullus amplius recordatur! *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius* (Ps. 87). Quot homines, quot mulieres, quot omnis sexus, omnique conditionis persone, post mortem statim derelictæ et oblivioni traditæ videmus, non solum ab extraneis, verum a filiis, ab hæredibus et ab amicis! Certe mortuorum obliviscuntur perique ad ferè nullus reminiscitur eorum, ut illis subveniat: *quis memorabitur tui post mortem, et quis orabit pro te?* (de *Im. Ch.* ibid.). Certe nullus ferè memoratur defunctorum. Postquam princeps Apostolorum in monte Thabor gustare cepit, quam suavis esset Christi cælesti gloria radiantis consortio frui, oblitus sociorum, quos ad montis radices reliquerat, de absentibus



Apostolis nullatenus sollicitus magistrum transfiguratum contemplans exclamavit: *Domine, bonum est non hic esse* (Mat. 17, 4). O Petre, tuorum memento fratrum, qui ad montis radices expectant: Christum roga, ut eos accedere sinat: fac ut ad montis verticem ascendant, ibique tecum Christo glorioso et glorificante fruantur. De his profecto nil curat Petrus, qui sui solius memor quiescit in illa, qua in monte Thabor felicitate gaudet, ut aliorum Apostolorum nec recordetur. En veram ideam eorum, quæ fieri solent mortuis hominibus: filii enim et hæredes eorum, mediantibus bonis, quorum dominium et possessionem acquisierunt, ascendunt ad montem, ascendunt ad dignitates, suntque potentes in seculo, et postquam in ample hæreditatis possessionem venerunt, ea tanto cum gaudio fruuntur, ut nec parentum, nec benefactorum fato functorum reminiscantur; postquam possessores pacifici evaserunt domus, dignitatis, villa, aliorumque ipsis testamento relictorum, tanta inebriantur lætitia et voluptate, ut mortuorum in radice montis, seu in purgatorio gementium non recordentur. Verum est, quod mortuis parentibus uxores et filii aliquot diebus plorant et multa eis externa pietatis officia impendi curant: tunc audiuntur undique campanæ; tunc magni sunt sacerdotum et parentum conventus; tunc aliæ multæ adhibentur ceremoniæ, quas D. Augustinus vocat *humaniæ officia, non vite æternæ præsidia (de cura pro mort. hab.)*; easque fieri satagunt filii, inquit Augustinus, non tam ut parentibus subveniant, quam ut sibi satisficiant; *ista sunt solatia qualiacumque nivarum, non subsidia mortuorum*; transactis autem primis illius luctus diebus, parentum et benefactorum in purgatorio patientium non amplius recordantur filii et hæredes, ac legata solvere, pauperibus elemosynam dare, aliaque defunctorum testamentis ordinata executioni mandare minime satagunt. An parentes defuncti morentur in radice, vel in cacumine montis; an maneant in purgatorio vel in paradiso nil curant; horum omnium facile obliviscuntur, nec de illis sublevandis reminiscuntur. Plerique erga propinquos se habent sicut matres sanctorum Innocentium respectu filiorum suorum. Antequam occiderentur hi pueri, eos pro vi-

ribus tuebantur piæ matres, pro illorum conservatione adversus Herodis satellites genereose decertabant; corpora sua horum carnificum gladiis facile committebant, ut filios suos incolumes servarent; ac mori maluissent, quam videre eos ab impiis interimi. Mortuis infantibus, quid matres? *Ploratus et ululatus multus* (Matth. 2); plorarunt et ulularunt plurimum et præterea nihil. Sic se habere solent plerique respectu mortuorum: antequam morentur pater, mater, avi et proavi, eis multa charitatis et pietatis officia impendebant filii et nepotes; iisque mortuis, plorant filii, ululant filia, undique resonant clamores et gemitus: *vox in viis audita est, ploratus et ululatus filiorum Israël*. Transactis aliquibus diebus, quid ultra filii pro parentibus præstant? Curant ne piæ eorum voluntates executioni mandari? dant ne pauperibus, jejuntant ne, ut eos a purgatorii barathro eruant? Certe nil ultra pro iis sublevandis agunt, atque eorum totaliter obliviscuntur, quasi nunquam fuerint. Unde fideles illi defuncti in purgatorio latitantes juste de propinquis in hoc mundo viventibus conqueri possunt, dicentes: *Dereliquerunt me propinqui mei; et qui me noverant, obliti sunt mei*. A viventibus vero derelinquantur mortui; oblivioni traduntur etiam a propinquis et amicis. Eoquidem non totaliter ab eorum mentibus obliterantur; eorum enim interdum meminerunt, ut eos laudent, vel vituperent; atvero eorum non recordantur ut iis beneficiant, atque eos a penis, quas patiuntur, liberent. Non imitantur inelytum illum Machabeum, qui mille argenti drachmas dedit, ut pro mortuis sacrificia offerrentur: non imitantur Vatem regium, qui super Saulem et Jonatham jejunavit: non imitantur Pannachium, de quo refert S. Hieronymus, quod lilia et rosas supra defunctæ mulieris sepulchrum non projecit, sicut alii facere consueverant, sed quod elemosynis multis ei subvenire curaverit, *ossaque veneranda elemosynæ balsamo irrigavit (Epist. ad Pannac.)*. Isti quidem efficaciter recordabantur mortuorum; eorum reminiscuntur, ut ipsorum miserias sublevarent; plerique vero mortalium non recordantur mortuorum parentum et amicorum, ut iis subveniant, de confrigendis eorum vinculis ne cogitant quidem;

de iis a tetro purgatorii carcere, et a voraci flamma liberandis parum anxiantur; eorum nullo modo, aut inutiliter meminerunt: *obliti sunt mei*. O magnam hominum in terra viventium erga defunctos crudelitatem, o portentosam filiorum et hæredum in parentes et benefactores ingratitude! ac item o ineffabilem fidelium defunctorum infelicitatem, quæ tanta est, ut cum sua suis reliquerint, nullum ab iis auxilium percipiant, quin potius ab iis totaliter oblivioni tradantur. O vos omnes, qui incolitis terram, cavete, ne quid simile vobis accidat: ita ante mortem res vestras componite, ut in alio mundo filiorum et hæredum auxilio haud egeatis; viri utique piissimi consilium sequimini dicentis: *noli confidere super amicos et proximos, quia citius obliuiscuntur tui homines, quam cæstimas. Melius est nunc tempestive providere, et aliquid boni præmittere, quam super aliorum auxilio sperare* (de Im. Chr. ibid.). Multi sunt, quibus cum dicimus, ut aliena restituant, ut elemosynis peccata redimant, ut sacrificia pro peccatorum suorum expiatione offerri curent, respondent, se omnia testamento debite ordinasse, ac hæredibus onus reliquisse adimplendi quæcunque agenda sunt; melius tamen volente per se ipsum bona perficiet, quam filiorum et hæredum voluntati ea committet. Nonne mille experimentis constat, filios et hæredes ea non adimplere, quæ a testatoribus ordinantur? Hoc sane constat. Ideo quantum fas erit, per te non per alios fac, quæ necessaria sunt, ut ab ærumnosa purgatorii terra declines et ad celestem patriam recta pergas. *Amen.*

## CONCIO SEXTA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quamvis charitate christiana, Dei gloria et æternæ retributionis spe ad subveniendum animabus in purgatorio patientibus non moveremur, si quid nobis humanitatis supersit, ad iis, omnibusque miseris succurrendum ex nativa propensione ferri deboremus, quia, ut ait Chalcedonense Concilium, Deus in cuiusque corde quemdam erga miseros compassionis spiritum infixit, ita ut homo ille, quasi esse desit, qui nullo misericordiæ et commiserationis motu cietur: cum non faciat id ad quod a Deo vita donatur: *ad misericordiæ opera a Deo facti sumus* (Concil. Chalced. act. 3). Heu! tamen quot in orbe inhumani reperiuntur homines, qui nullo modo misericordia moventur! Quot duri, quot ferrei, quot immiseriordes, in quibus nulla humanitatis et miseracionis scintilla, præcipue erga fideles in purgatorio patientes, elucet! Quot qui non curant, an ibi cruciantur propinqui benefactores et amici! Quin contra sæpe gaudent, delictis se dedunt, et facultatibus quas reliquerunt defuncti, impinguantur, dum illi in mediis ignibus torquentur. O duri et tardi corde ad compatiendum, tandem aliquando animarum illarum miseremini; ad misericordiam flectimini: ferrea earum confringite vincula; hisque omnibus, quibus fas erit, modis subvenite. Audite eas ex imis terræ visceribus ad vos clamantes: *miseremini mei, miseremini mei*. Lagubres illarum audite voces, et ut ad misericordiam magis moveatur cor vestrum, consideremus hodie purgatorium, ut lacum *miseriarum*, in quo gravissima hæ patiuntur animæ. *Abe.*

Impii in statu mortalis peccati in hoc mundo viventes sunt servi, debitores et exules. Sunt quidem servi, quia *omnis qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. 8): sunt debitores, quia cum Dei majestatem offenderint, ei satisfacere tenentur; cui nisi in hoc sæculo fecerint satis, *pœnas da-*



de iis a tetro purgatorii carcere, et a voraci flamma liberandis parum anxiantur; eorum nullo modo, aut inutiliter meminerunt: *obliti sunt mei*. O magnam hominum in terra viventium erga defunctos crudelitatem, o portentosam filiorum et hæredum in parentes et benefactores ingratitude! ac item o ineffabilem fidelium defunctorum infelicitatem, quæ tanta est, ut cum sua suis reliquerint, nullum ab iis auxilium percipiant, quin potius ab iis totaliter oblivioni tradantur. O vos omnes, qui incolitis terram, cavete, ne quid simile vobis accidat: ita ante mortem res vestras componite, ut in alio mundo filiorum et hæredum auxilio haud egeatis; viri utique piissimi consilium sequimini dicentis: *noli confidere super amicos et proximos, quia citius obliuiscuntur tui homines, quam cæstimas. Melius est nunc tempestive providere, et aliquid boni præmittere, quam super aliorum auxilio sperare* (de Im. Chr. ibid.). Multi sunt, quibus cum dicimus, ut aliena restituant, ut elemosynis peccata redimant, ut sacrificia pro peccatorum suorum expiatione offerri curent, respondent, se omnia testamento debite ordinasse, ac hæredibus onus reliquisse adimplendi quæcunque agenda sunt; melius tamen volente per se ipsum bona perficiet, quam filiorum et hæredum voluntati ea committet. Nonne mille experimentis constat, filios et hæredes ea non adimplere, quæ a testatoribus ordinantur? Hoc sane constat. Ideo quantum fas erit, per te non per alios fac, quæ necessaria sunt, ut ab ærumnosa purgatorii terra declines et ad celestem patriam recta pergas. *Amen.*

## CONCIO SEXTA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Quamvis charitate christiana, Dei gloria et æternæ retributionis spe ad subveniendum animabus in purgatorio patientibus non moveremur, si quid nobis humanitatis supersit, ad iis, omnibusque miseris succurrendum ex nativæ propensione ferri deboremus, quia, ut ait Chalcedonense Concilium, Deus in cuiusque corde quemdam erga miseros compassionis spiritum infixit, ita ut homo ille, quasi esse desit, qui nullo misericordiæ et commiserationis motu cietur: cum non faciat id ad quod a Deo vita donatur: *ad misericordiæ opera a Deo facti sumus* (Concil. Chalced. act. 3). Heu! tamen quot in orbe inhumani reperiuntur homines, qui nullo modo misericordia moventur! Quot duri, quot ferrei, quot immiseriordes, in quibus nulla humanitatis et miseracionis scintilla, præcipue erga fideles in purgatorio patientes, elucet! Quot qui non curant, an ibi cruciantur propinqui benefactores et amici! Quin contra sæpe gaudent, deliciis se dedunt, et facultatibus quas reliquerunt defuncti, impinguantur, dum illi in mediis ignibus torquentur. O duri et tardi corde ad compatiendum, tandem aliquando animarum illarum miseremini; ad misericordiam flectimini: ferrea earum confringite vincula; hisque omnibus, quibus fas erit, modis subvenite. Audite eas ex imis terræ visceribus ad vos clamantes: *miseremini mei, miseremini mei*. Lagubres illarum audite voces, et ut ad misericordiam magis moveatur cor vestrum, consideremus hodie purgatorium, ut lacum *miseriarum*, in quo gravissima hæ patiuntur animæ. *Abe.*

Impii in statu mortalis peccati in hoc mundo viventes sunt servi, debitores et exules. Sunt quidem servi, quia *omnis qui facit peccatum, servus est peccati* (Joan. 8): sunt debitores, quia cum Dei majestatem offenderint, ei satisfacere tenentur; cui nisi in hoc sæculo fecerint satis, *pœnas da-*

*bunt in interitu eternus* (2. Thess. 1): sunt tandem exules, quia per peccata quae perpetrarunt, a Deo se elongarunt et in regionem ita longinquam exierunt, ut in caelestem patriam nunquam sint migraturi, nisi in hac vita penitentiam egerint. O quam miseri huiusmodi peccatores! o quam gravia eorum mala! quae tamen carent remedio, quia quamdiu hi in isto mundo versantur, a servitute sua liberari, debita sua solvere et ab exilio suo revocari possunt. Unde meo quidem iudicio fideles, qui in purgatorio cruciantur, quodammodo infeliciores videntur, quam peccatores, qui in mundo vivunt, quia quantumvis peccatores in praesens miseria laborent, a miseris suis se liberare possunt, si velint: fideles vero defuncti manent in purgatorio, ut in horrendo miseriarum lacu, atque ita infelices, ut a miseris quas ibi patiuntur, se liberare non possint; fideles enim defuncti in hoc lacu detinentur ut servi, ut debitorum, ut exules. In eo sunt 1. *ut servi*, qui vincula sua frangere nequeunt; 2. *ut debitores*, qui debita sua solvere non valent; 3. *ut exules*, qui ad patriam suam ire non possunt. En tres miserias, quas in profundo purgatorii lacu fideles defuncti perferunt.

## I PARS.

*Fideles defuncti sunt in purgatorio ut servi, qui catenas suas rumpere nequeunt.*

Hortatur nos gentium Apostolus, ut victorum recordemur: *mementote victorum* (Heb. 13). Captivi illi, diris constricti vinculis, quorum nos reminisci optat D. Paulus, sunt ipsi fideles defuncti, ut ait Doctor Seraphicus. Hi quidem sunt servi infelicissimi, qui a vinculis quibus ligantur, se liberare nequeunt: sicut enim qui vinculo excommunicationis ligatur, seipsum solvere nequit; oportet ut per alium ab hoc vinculo solvatur, ita et fideles defuncti in purgatorio detenti, ex seipsis vincula, quibus constringuntur, solvere nequeunt; tantum piis ho-

minum in terra viventium operibus ab iis solvi et in libertatem venire queunt. Sciunt omnes, peccata mortalia esse terribissima vincula, quibus reprobi in inferno constricti detinentur et in aeternum detinebuntur: indissolubilia enim sunt eorum vincula, quia *in inferno nulla est redemptio*. O impij, qui mortalia, veluti liquorem gustui jucundum, facile bibitis, a Dei iudicis pavete: si etenim in statu mortalis peccati ab hoc mundo exeat, in infernum praecipitabimini, ubi acerbam et perpetuam patiemini servitutem, quia peccatis mortalibus, quibus inquinati eritis, veluti indissolubilibus vinculis, in medijs tartareis ignibus aeternum constricti remanebitis. Verum suis etiam vinculis fideles defuncti in purgatorio constringuntur; venialia enim ab his hic in terris perpetrata, et ante mortem non deleta, sunt funes quibus ibi vincuntur: *funes peccatorum circumplexi sunt me* (Ps. 118). Credis parum, aut nihil esse, quod jocosae vel officiosa passim mendacia proferas? Non malum, imo bonum et urbanum arbitraris, quod nugae, facetiae, diceria et alia verba christianam charitatem laedentia in omni actu effundas? turpi otio facile indulges, ac venialia omnia quae committis, pro nihilo reputas? Jamvero certus esto, minima quaeque peccata venialia, in quae laberis, esse gravia vincula, quibus in medijs purgatorii flammis vinctus detineberis, nisi ante mortem ea per penitentiam deleveris. Et inde magis formidanda noveris haec vincula, quod ab iis per teipsum expedire te nequebis: in medijs ignibus vinctus moraberis, nec vincula tua frangere valebis, ibique, ut justitiae divinae servus, vinctus remanebis, donec omnia supplicia tibi a Deo imposita, plene et integre perpassus fueris; *omnes adstricti tenentur ex decreto justitiae divinae, donec reddiderint novissimum quadrantem* (S. Bon. ibid.). Ne vana purgatorium vitandi spe tibi blandiaris; si enim in venialia liberet incidas, in purgatorium facile cades; et cum semel vindictibus purgatorii flammis obvolvi ceperis, ab iis te liberare non valebis; cum semel ibi peccatorum tuorum funibus vinctus detineberis, per teipsum et propriis meritis vincula haec frangere nequebis, quia solus Deus haec vincula rumpere potest: *solus Deus educit vinctos in fortitudine*



*et potest liberare* (Ibid.): solus Deus hæc tua vincula solvere poterit, nec ab illo impetrare valebis, ut ea solvat. Qui in hoc orbe vivunt, precibus, elemosynis, sacrosancto missæ sacrificio et aliis viis a Deo obtinere possunt, ut libertate donentur animæ, quæ in purgatorii fornace vincata detinentur; ipsæ vero nil apud Deum mereri, et a Deo impetrare valent. Hæc, cum sint extra viam, nullum actum meritorium vel impetratorium elicere possunt. Ac sicut homo catenis constrictus, pati quidem potest, agere non potest; ita animæ illæ vinculis peccatorum constrictæ, nil agere possunt, quo suam libertatem consequantur, ac solummodo taxatæ a justitia diviâ penas pati possunt. Unde non satis se admirari fatetur Doctor Seraphicus cæcitate hominum, qui cum in presentiarum tot seipsos constringant vinculis, quot venialia patrant, hæc in purgatorio vincula solvere solummodo cogitant, cum ea solvere illis impossibile est: *o mirabilis cæcitas! permittimus, imo procuramus nos ligari funibus peccatorum, et per consequens jugo pœnæ, et et nolamus solvere vincula colli nostri, donec facti sumus impossibiles ad solvendum* (Ibid.). O magnam cæcitate! o infandam stultitiam! Ergo o stulti! aliquando sapite; cavete, ne peccatorum vincula vos constringant; aut si iis constringamini, tetra hæc in hoc mundo solvite vincula, dum ea solvere penes vos est; jejuniis, elemosynis et aliis penitentiae operibus ab his modo vos extricate vinculis; hæc nunc solvite vincula: *solve vincula colli tui, captiva filia Sion* (Isa. 5). Ea jam frangite, quoniam in purgatorio nulla vis, nulla vobis inerat potestas ea solvendi; nec aliter a purgatorio flammis vos liberare poteritis, quam ea omnia patiendo supplicia, quæ vestris peccatis debentur. Unusquisque in hac vita et seipsum, et animas, quæ in purgatorio cruciantur, inspicere debet: seipsum, ut purgatorium devitet, et animas, quæ in purgatorio cruciantur, ut eas liberet. O frater, respice teipsum, vigila super te, ac ita perfecte vive, ut a venialibus perpetrandis caveas, aut jam perpetrata ante obitum per penitentiam deleas; solve hæc vincula, dum ea solvere potes: *solve vincula colli tui*. Non solum autem teipsum, verum et animas inspice, que

nunc in purgatorio peccatis suis vincata detinentur; earum miserere, easque a dura servitute quam patiuntur libera. Non possunt illæ a Deo suam impetrare libertatem, et potes tu ab eo illam precibus, elemosynis et jejuniis obtinere: *solus Deus educit vincatos in fortitudine et potest liberare; nos autem possumus procurare et elemosynis, et orationibus impetrare* (S. Bonav. ibid.). Proinde ora, jejuna, da pauperibus et sacrificia Deo offerri cura, ut animarum in purgatorio captivarum libertatem a Deo obtineas. Heu! si patrem, matrem, aut aliquem ex amicis, servum apud Turcas detinere scires, nonne eum miserum judicares? et si ei libertatem dare posses uno vel altero die jejunando, aliquid pauperibus erogando, presertimque aliquas fundendo preces vel pium aliud quoddam opus faciendo, nonne ea faceres, ut illos a gravi hac servitute liberares? Nullum certe ita barbarum et inhumanum reperiri credo, qui hæc facere recusaret, ut suppetias patri, matri vel amico ferret. Scitote, o fratres, quod gravior est servitus, cui subjacent parentes et amici vestri. Servi sunt, non apud Turcas, ac in mediis purgatorii flammis: ibi ita vincti manent, ut vincula sua rumpere nequeant; eorum deploratè infelicitatem, super eos lugete; eorum miseremini, ac precibus et elemosynis libertatem iis a Deo obtinere curate. Subvenite fidelibus illis defunctis, qui in purgatorio ligantur ut servi, qui catenas suas rumpere nequeunt, et qui sunt etiam in purgatorio *ut debitores, qui debita sua solvere non valent*.

NOMA DE NUEVO LEÓN

II PARS.

*Fideles defuncti sunt in purgatorio ut debitores  
qui sua debita solvere non valent.*

Pecatores omnes, sive in mortalia, sive in venialia inciderint, justitiæ divinæ sunt debitores, cui læsæ in præsentem vel in futuro sæculo satisfacere tenentur, ita quod nisi in hoc mundo ei satisfaciatur, in alio onus satisfaciendi, seu graves pœnas

patiendi eis remaneat. Animæ autem quæ nunc in purgatorio graviter cruciantur, debitricæ sunt justitiæ divinæ, vel ob peccata venialia, quæ in hac vita perpetrarunt et non expiarunt, vel ob aliquas penarum reliquias, quæ, deleta suorum criminum culpa, eis perferendæ supererant. O quam infelices et miseræ vivunt hæ animæ *debitricæ et in carcere propter propria debita* (D. Th. 2, 2, q. 3, art. 4 ad 3). Ducem, principem, aut alium magnatem infelicissimum censemus, cum non ob homicidia, non ob sacrilegia, vel alia enormia crimina, verum propter debita, quibus satisfacere non potest, in atro carcere clausus et vinctus ingemiscit. Quam vero infeliciores fideles defuncti, qui licet justî, amici Dei, gratia divina exornati, Deo et cælo digni, in formidando tamen purgatorii carcere, ultricibus circumvoluti flammis, clausi et vincti pluribus detinentur annis, non propter aliud, quam *propter propria debita*, quia scilicet non plane justitiæ divinæ in hoc mundo satisfecerunt et quia nullum opus in purgatorio perficere valent, quo ei satisficiant. Pati possunt, quantum ab eis exigit divina justitia; non tamen possunt opus aliquod meritorium, vel satisfactorium agere, quo Deum floctant ad misericordiam et eum ad hæc penas condonandas, vel mitigandas alliciant. Hæc opera, inquit sanctus Bonaventura, sunt moneta, quæ carent fideles defuncti et ideo debita solvere nequeunt; nec aliud agere possunt, quam pati tot supplicia, quot ab eis exigit justitia divina: *manente reatu peccati et deficiente moneta meriti, non possunt solvere quod ab eis exigitur, nisi per violentiam supplicii* (ibid.). O quantum infelicitatem! O magnam harum animarum miseriam! Quamdiu hic in terris vivimus, omnis peccati culpam per penitentiam in nobis delere possumus, et si, deleta culpa, quædam ad divinæ justitiæ satisfaciendum perferenda nobis pena suspensit, habemus monetam, qua Deo pro his pœnis satisfaciamus: elemosynæ, preces, indulgentiæ, jejunia et sacrificia sunt moneta aptissima ad eum placandum, eique satisfaciendum: brevis oratio debita cum attentione habita, leve jejunium pro Dei amore susceptum, vel aliud quodque opus satisfactorium, quamdiu hic moramur, de-

bita multa Deo solvere potest. In purgatorio deest ejusmodi moneta; ibi fideles defuncti indulgentiæ lucrari non valent, ibi nullas fundere possunt preces, quibus sua supplicia minui impotent, quia *non sunt in statu orandi, sed magis ut oretr pro eis* (D. Th. 2, 2, q. 93, art. 11 ad 3). Ibi jejunio Deo satisfacere nequeunt; ibi nihil possident quod in elemosynas erogent. Et licet ibi gravissima patiantur, pœnæ tamen eorum virtute carent satisfactoria, quia nulla ibi fit applicatio meritum Christi, sine quibus nulla vera habetur satisfactio; quare Deo solvere nequeunt quæ debent, cum apta ad hoc moneta careant; solummodo ibi possunt quantum et quamdiu Deo placuerit. O quantum horum fidelium miseriam! Paucis verbis explicant theologi, quomodo fideles defuncti possint et non possint sua solvere debita; *non satisfaciendo*, inquit, *sed satispatiando*; seu, quod idem est, solvere possunt quæ debent, non per opera satisfactoria, aut meritoria, quia non sunt in statu merendi et Deo satisfaciendo: *non satisfaciendo*. Sua quidem erga Deum debita solvere possunt satispatiando; seu tantum penarum patiando, quantum divina justitia exegerit. Prefata omnia manifestant, Deum, qui semper infinite justus est et misericors, specialiter se erga nos misericordem exhibere, quamdiu in terra moramur, quoniam dat nobis potestatem nostra delendi peccata, opera meritoria eliciendi et opera satisfactoria peragendi. In purgatorio elucet Dei justitia, quia nil meritorium nihilque satisfactorium ibi facere possunt defuncti, quo debita Deo solvant, et ideo ibi tamdiu pati coguntur, quamdiu in eis aliquid purgandum remanet; nec inde egrediuntur, quousque taxatas a Deo penas totaliter passi fuerint. O quam durum est his fidelibus in purgatorio ob debita incarcerationi et pro debitis Deo satisfacere non posse! o quam deplorandus eorum status! Itemque o quanta miseria obruemur nos, si ad eundem statum veniamus, et in purgatorium debitis gravati præcipitemur! Quod iis evenit, nobis accidere potest; propterea ante mortem rebus nostris consulamus, ac ita salutis et conscientie nostræ negotiis provideamus, ut post mortem justitiæ nullo modo debitores remaneamus. Hujus vitæ tempus est tempus gratiæ et misericordiæ,



in quo debita nostra Deo solvere ac ei offenso per orationes, jejunia, elemosynas et indulgentias satisfacere facile possumus; tempus vero alterius vite erit tempus justitiæ, in quo jejuniis, precibus et aliis piis operibus, Deum placare, ac ei satisfacere non valebimus; tunc in rigore justitiæ tot pœnas luemus, totque obibimus supplicia, quot obire meruerimus; ergo faciamus nunc quod tunc facere non poterimus: faciamus nunc bona opera, ac elemosynis, jejuniis, aliisque piis operibus Deo satisfaciamus et quicquid ei debemus, penitus solvamus, ita ut ex hoc exilio, nihil justitiæ divinæ debentes egrediamur. Neque solum de nobis curandum, verum et de animabus, quæ nunc in purgatorio ingemiscunt, quæ cum debita sua solvere non possint, ad mortales clamare non desinunt; *miseremini mei, miseremini mei*. Audi patrem, audi matrem, audi fratres et amicos, qui te supplices rogant, ut eorum miserearis, ac pro iis Deo debita solvas, quæ ipsi solvere non possunt. Hanc eis non deneges gratiam; paucis precibus, aliquo jejunio, adorando misse sacrificio, vel alio quodam bono opere debita eorum solvere, eosque a purgatorii flammis facile liberare potes; solve ergo quod debent et a purgatorii ignibus erue fideles, qui ibi miserrime tabescunt utpote debitores, qui sua debita solvere nequeunt, et sunt etiam *miserrimi, quia detinentur in purgatorio ut exules, qui ad patriam suam pergere non possunt*.

### III PARS.

*Fideles defuncti sunt in purgatorio ut exules, qui ad patriam suam ire non possunt.*

Quantis censuerit antiqui, durum non esse sapientibus exilium, quia omnis locus ei patria est: *sapiens ubique civis est* (Seneca); scimus tamen, primum hominem ob violatum Dei mandatum a paradiso terrestri exulasse, ac exilium primum fuisse supplicium, quo famosum hunc reum Deus punire voluit. Cum autem fideles defuncti non in omnibus Deo perfecte ob-

temperaverint, ac proinde pudendo protoparentis inobedientis characterē signentur, ejus etiam supplicium participant, et sicut ille e terrestri, ita isti a cœlesti paradiso aliquandiu exulant et in purgatorio ablegantur, ubi dura patiuntur, ut exules: nil enim iis tam durum, tam acerbum nihil, quod Dei visione priventur et a paradiso exulent, quem ut patriam suam respiciunt, in qua Deo frui et in æternum beari expectant. Summo desiderio patrem videndi et regiam in qua habitabat ingrediendi ardebat Absalom: cum autem didicit, in perpetrati criminis pœnam, toto biennio non visurum se patrem, morore confici cœpit ac tanta ejus fuit afflictio, ut asseruerit, malle se mori, quam duobus annis patris sui visione privari et a regia exulare. *Obsecro, ut videam faciem regis; quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me* (II Reg. 14, 32). Magna quidem hæc fuit Absalom tristitia; at longe major illa quam patiuntur fideles defuncti, cum se in terræ centro et in mediis flammis Patris cœlestis visione privari et a patria cœlesti exulare vident. Hæc est maxima illorum pœna, nihilque ipsis durius quam ob culpas suas, Dei qui summum bonum est, visione privari et ab ejus aula exulare: *Deum amittere et eo carere est summum malum et pondus* (S. Aug.). Hanc eorum pœnam acerbissimam et omnium maximam esse docet Doctor Angelicus (in 3 Sent. d. 30); cum enim eorum anime a corporibus solute ob suas culpas retardentur et prohibeantur a Dei visione et a consecutione summi boni, cui uniri summo-pere appetunt, vehementissime anguntur et summa inde iis tristitia causatur. Si quis adoptatus a rege, aliquot annorum exilio mulctaretur ipso tempore, quo regni possessionem se accepturum sperabat nonne maxime angeretur? Quanto major tristitia fidelium defunctorum, qui ipso momento, quo se Deum visuros et cœlestē regnum adepturos sperabant, Dei visione et cœlesti regno ob suam culpam privantur et exules in purgatorium mittuntur! Hæc certe maxima eorum pœna, ut, sumptis ex Moysē et Esau similitudinibus, quisque facile aspicari poterit. Scimus Moysen, postquam diu in deserto erravit, a longe vidisse terram promissionis, ad quam pervenire

ardentissime exoptarat; non tamen in hanc terram intrare potuit, ex quo in maximam tristitiam incidit. Jamvero quam durius accidit fidelibus ex hoc mundo migrantibus, quod ad promissum celestis regnum, Deo potituri, ire prohibeantur! quanto graviori conficiuntur mœre, cum eo tempore, quo Deo frui et in paradiso ingredi sperabant, ob culpas suas ad terræ centrum gravissimas penas perpeSSI mittuntur! Si Esau, hominis aliunde feri, tanta fuit tristitia eo quod patris benedictionem non accepisset, ut præ nimio mœre, veluti Leo rugiret: *auditis Esau sermonibus patris, irrugit clamore magno* (Gen. 27, 34); quas lacrymas non fundunt, quos non emittunt clamores, qua non comprimentur tristitia fideles ex hac vita exeuntes, cum eo momento quo ad cœlum, Deum visuri, eo fruituri et ejus benedictiones adepturi ire sperabant, in durum purgatorii exilium efficiuntur! Nil certe his durius, quam Dei visione tunc privari, a celesti tunc beatitudine retardari et a paradiso ad tempus exulare. Quamdiu in corpore vivimus, non nobis grave videtur quod Dei visione privemur et a celesti regno exulemus, tum quia non perfecte percipimus, quam suave et quam jucundum sit Deo frui et in paradiso habitare; tum quia non tanto desiderio ad Deum et æternæ beatitudinis possessionem ferimur, quanto animæ a corporis ergastulo solute; tum quia delimiti corporalibus oblectationibus, in his occupamur nec de spiritualibus adeo solliciti sumus; mox vero animæ fidelium a corpore solute perfectissime intelligunt, infinitam esse felicitatem eorum qui Deum vident et in paradiso inhabitant; hoc perfecte intelligentes, summo ardente desiderio Deum videndi et in paradiso intrandi; nec eos attingunt oblectationes corporeæ, quibus hoc mitigetur desiderium; quare cum vehementissimum illud, quo ardent, desiderium complere non possint, summa exinde cordi eorum oritur tristitia, maxima quidem pœna, quam patiuntur fideles defuncti, eamque D. Bernardus omni pœna sensus graviorem existimat: *non horribilius et penalius est ad tempus tolerare gehennam, quam eum qui semel gustavit, quam suavis sit Dominus, ab eo recedere* (in

*Cant.* serm. 31). Non ratiocinandum de animabus, quæ nunc in purgatorio cruciantur, sicut de sanctis Patribus qui ante Christi Resurrectionem in Limbo morabantur; nam licet isti in Limbo Deum non viderent et a celestibus beatitudinis possessione retardarentur, non tamen propterea cruciantur, nec penam damni patiebantur, quia sciebant, se non culpa sua a Dei visione et celesti beatitudine privari, sed quia tanti boni tempus ex Dei ordinatione nondum advenerat. Hi autem qui postquam cœlum a Christo reseratum est, ad purgatorium damnantur, probe noverunt, sibi jam patere cœlum, et ab ejus ingressu se solum impediri ob proprium reatum, atque inde sibi vehementer irascuntur et dirissime torquentur, quod ipsi sibi causa extiterit dilationis tanti boni. Dum in Limbo manerent Patres, nondum erat exhibitum pretium redemptionis et ideo gloria celestis nondum illis debebatur: sed exhibitio jam redemptionis pretio, cum fideles defuncti ad purgatorium mittuntur, vident se sua solum culpa Dei visione et celesti gloria privari; ex quo ita anguntur ac tanto mœre conficiuntur, ut hæc tristitia sit maxima eorum pœna: *hic est cruciatus omnium maximus*. Ecce tres gravissimas misérias, quas in purgatorio patiuntur fideles defuncti. Audite eos ad vos clamantes, ut eorum misereamini, eosque ab hoc miseriarum lacu eruere conemini. Eorum favete votis et ut a tantis eos miseriis liberare valeatis, rogate Deum, ut illos a profundo hoc lacu eruat: dicite ei: o Domine, erue animas horum defunctorum de horrendo purgatorii lacu: *erue eas de ore leonis et de profundo lacu*. Dicite Deo omni quo poteritis fervore; o Domine, parentes, fratres et amici manent in profundo purgatorii lacu, *ut servi*, qui vincula sua frangere nequeunt: *ut debitores*, qui debita sua solvere non valent et *ut exules*, qui ad patriam suam pergere vetantur, supplices te rogantur, ut eorum animas ab illo miseriarum lacu liberes: *erue eas de profundo lacu*. Rogo et supplex deprecor, ut piorum defunctorum sic misereamini, utque eos a profundo purgatorii lacu sic eruere conemini; ac simul cavete, ne in hunc miseriarum lacum cadatis. Cum peccandi venialiter datur occasio, dicite: in hoc peccatum non



cadam, quia melius est abstinere a minimis venialibus, quam in gravissimas purgatorii penas incurrere. Cum sese vobis offert pauper aliquis, ejus miseremini, eique subvenite, dicentes; o quam salius est huic misero charitatis officia impendere, quam gravissima purgatorii supplicia sustinere! Cum jejunandi vobis onus imponitur, jejunate quam perfectius poteritis, dicentes; o quam convenientius in hoc mundo jejunare, quam in alio ab ultricibus purgatorii flammis uri! Cum gravi quodam laboratis morbo, huic æquo sustinete animo dicentes; o quam melius hic aliquamdiu infirmitatis hujus dolores perpeti, quam ad multos annos in formidando purgatorii lacu gravissima tolerare. His et aliis piis cogitationibus ita vos ad perfecte vivendum excitâte, ut hinc exeuntes, mox ad æterna tabernacula properetis. Amen.

## CONCIO SEPTIMA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job. 19, 21).

Ex Jobi, viri utique piissimi, ore olim prodire verba hæc, quæ toties in hoc pulpito iteravi, et sancta Mater Ecclesia fideles defunctos eadem verba proferentes inducit, optatque, ut eorum quilibet in purgatorio gemoens ad mortales, sicut alter Job, suo modo clamet: *miseremini mei, miseremini mei*. Vestrum cuique notissimum est, hujusmodi verba ab inferni faucibus neutiquam procedere, ubi damnati de salute desperantes, nullam ab hominibus misericordiam, nullumque auxilium expectant. Non etiam a summo celo et a paradiso descendunt verba hæc; etenim cum sancti perfecta in celo potiantur beatitudine, nulli miserie possunt subijci, ac proinde nostro non egent auxilio, nec est quod eorum quomodocunque misereamur. Non ergo ex alio loco hæc verba procedunt, quam ex pur-

gatorii baratro, ubi fidelium defunctorum multe ex divina justitiæ ordinatione detinentur anime, ut a levibus quibusdam purgantur immunditiis, quibus in exitu suo ab hoc mundo coinquinabantur. Hæ sunt, quæ gementes ad vos de terræ centro clamant: *miseremini mei, miseremini mei*. Audite patrem, audite matrem, audite amicos ad vos clamantes, ut eorum misereamini; et ut ad eorum miserendum moveamini, consideremus hodie purgatorium, ut puteum amaritudinis, videamusque, quanta animarum ibi gementium sit amaritudo, quanta tristitia. Ace.

Tribus potissimum incumbere debet homo salutis suæ sollicitus, quæ paucis his verbis explicat Vates regius: *diverte a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam* (Ps. 33). Primum, cui adherere debet est omnis mali, omnique peccati, quantumvis levis, fuga: *diverte a malo*. Quia vero minime sufficit declinare a malo, nisi bonum operetur, debet secundo bonum facere et virtutibus acquirendis insistere: *declina a malo et fac bonum*. Ac tandem declinando a malo et faciendo bonum, indesinenter anhelare debet ad paradisi gaudia, ubi perfecta et segura pax invenitur: *inquire pacem et persequere eam*. Viri perfectissimi, qui immediate post mortem, impertransito purgatorio, ad celestia tabernacula evolarunt, ab omni peccato in hac vita diverterant, virtutibus comparandis sedulo laboraverant et sempiterna paradisi pace perfrui summopere exoptarant. Fideles defuncti, qui nunc in purgatorio cruciantur, non satis accurate, dum in carne viverent, ab omni peccato declinarant; non satis sedulo virtutibus acquirendis incubuerant, non satis ardentem paradisi bona concupiverant. Et ex tribus hisce defectibus, ad quos hi fideles in hoc seculo declinarunt, summus meror et amaritudo amarissima in cordibus eorum oritur, ac ideo purgatorium fit eis quasi puteus amaritudinis. Quod ex jam dicendis patet, cum probaverimus, quod fideles illi in purgatorio considerabunt peccata, virtutes et paradisum. Considerabunt 1. *peccata*, quæ perpetrarunt; 2. *virtutes*, quas acquirere neglexerunt; 3. *paradisum*, quem minus ardentem desiderarunt;

et ex triplici hac consideratione mœore conficiuntur, tantisque in cordibus eorum generabitur mœore, ut purgatorium futurum sit eis pateus amaritudinis.

## I PARS.

*Mœore conficiuntur fideles defuncti in purgatorio considerantes peccata, quæ in hoc mundo perpetrarunt.*

Certissimum est fideles defunctos in purgatorio non parum solatii percipere, tum ab angelis, a quibus visitantur, tum ex hoc, quod de futura beatitudine sint certi. Hoc autem solatium minuitur et quasi penitus tollitur consideratione peccatorum, quæ viventes commiserunt; nec enim eorum recordare possunt, quin mœore conficiantur. Terrenis et temporaneis multis bonis fruebatur Antiochus; tristitia tamen maxima comprimebatur, cum malorum, quæ in Jerusalem fecerat, reminisceretur: *reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem..... et ecce percipio tristitia magna* (1 Machab. 6). Similiter licet fideles defuncti aliquid solatii in purgatorio percipiant, mœore tamen et tristitia conficiuntur, cum mente revolvunt peccata, quæ in Cœlestem et Redemptorem suum in hoc seculo perpetrarunt, et hanc eorum penam omnium maximam censet D. Gregorius: *inter multiplices humane anime tribulationes et innumerabiles afflictionum molestias, nulla est major afflictio, quam conscientia delictorum* (in Ps. 143). Fideles defuncti in mediis purgatorii flammis ingemiscentes, recogitant non solum mortalia, si quæ viventes perpetrarunt; revolvunt etiam omnia et singula venialia, in quæ, sive ex ignorantia, sive ex infirmitate, sive ex malitia lapsi sunt; mentibus eorum sese offerunt omnia quæ dixerunt mendacia, cuncta verba otiosa quæ protulerunt, tempus omne quod inaniter insumperunt, verba ridicula, jocosæ et insulsa quæ jactarunt; eorum animis objiciuntur vana omnia quæ fecerunt, mentis evagationes quæ inter orandum habuerunt, bona multa quæ operari

prætermiserunt; quodlibet tandem peccatum veniale a fidelibus defunctis in hoc mundo commissum et non deletum fit eis obiectum triste et lugubre, cujus consideratione in cordibus eorum maxima causatur tristitia. Heu! ait eorum quilibet, quam miser ego, qui crucior in hac flamma; qui ludicra, jocosæ et vana ex nimia levitate protuli! Heu! quam infelix ego, qui a Dei visione et cœlestis regni possessione retardor, quia non satis ardentem Deum dilexi et non satis sedulo ea quæ perfectionis meæ erant, executioni mandavi. Heu! quam durum mihi incarcerationi, Dei possessione privari et dirissima nunc supplicia pati, quia in seculo aliqua levitia protuli mendacia, quia nimio otio indulsus, vel alia quædam venialia perpetravi! Hæc et aliæ ejusmodi cogitationes vices gerunt tyranni et carnificis interni, quibus dirissime cruciantur fideles in purgatorio: nilque eis acerbius, quam quod Deum toties offenderint, quodque ob hæc levissima peccata, quæ facillime vitare, aut delere in mundo poterant, tantis pœnis addicantur. Quilibet ex fidelibus in purgatorio patientibus magnus est contemplotor, quilibet in medio flammarum decumbens prolixis vacat meditationibus; infinitas Dei perfectiones quilibet serio considerat; quilibet perfecte concipit, quam bonus, quam sapiens, quam potens et quam magnus sit Deus in omni genere perfectionis; altissimam de Dei perfectionibus quilibet in animo suo ideam concipit, ac deinde considerans, quot et quanta adversus Deum infinite perfectum peccata in hac vita commiserit, tactus dolore cordis intrinsecus et ingemiscentes ait: quomodo eo stultitiæ deveni, ut Deum tam bonum, tamque perfectum offenderim? Quomodo ita insanus fui, ut peccarem in Deum summo perfectum, quem omnibus et singulis vitæ meæ momentis venerari debebam? Quomodo ita sanæ mentis inops extiti, ut tot peccatis venialibus majestati ejus injuriam irrogarem? O quantum inde mœore, quanta tristitia fidelibus defunctis accidit! Tanta quidem, ut nullam majorem patientur. Horum miserorum quilibet, in obscuro purgatorii carcere clausus, dum infinitas Dei perfectiones serio perpendit, sedulo quoque considerat, quam bonus, quam misericors et quam erga ipsum liberalis Deus extiterit.



Accepta a Deo creationis, conservationis et redemptionis beneficia accurate quisque ponderat; ac recordatur, a Deo sibi concessum Angelum Custodem, a quo ab hostium insidiis defenderetur; sibi data Sacramenta, quibus sanctificaretur; sibi largitas gratias et auxilia, quibus bonum operari et celeste regnum adipisci poterat. Quisque tandem seipsum et peccata quae in saeculo perpetravit, considerans, dicit: o me miserum, o me infelicem, o me ingratum, qui toties in Deum meum et benefactorem meum peccavi! Tot et tanta ab eo perceperam beneficia, ut eorum nunquam me satis memorem et gratum praebere potuissem; talis tamen mea fuit ingratitude, ut innumera in benefactorem meum peccata perpetraverim. Horum peccatorum adversus Deum commissorum idea fidelium defunctorum laniat corda, tantoque eos merore conficit, ut, teste D. Augustino, hanc eorum tristitiam solus Deus metiri possit: *Deus scit tantam penam anime* (in Ps. 16). O fratres, miseremini fidelium defunctorum, qui quidem nova peccata perpetrare haud ultra valentes, mortalitatis diebus patrata continuo mente revolvunt. Haec eorum peccata jam transierunt a manibus eorum, quae non amplius peccant; non transierunt a mente, quia ea semper recogitant; *haec omnia transierunt a manu, sed non a mente* (S. Bern. de consid. 5, 12). Continua haec peccatorum in saeculo commissorum cogitatio fit illis crudelis carnis vex, a quo dirissime interius cruciantur; ideo elemosynis et precibus vestris iis succurrite, ut a tristitia quam ex peccatorum consideratione patiuntur, quam citius liberentur. O angeli Dei, o viri sancti, qui cum Christo in caelo regnatis, o vos omnes, qui sub caelo vivitis, miseremini defunctorum in purgatorio afflictorum,isque, quantum fas erit, subvenire conamini: *subvenite sancti Dei, occurrite angeli*. Pium est, sanctum, et justum ut iis quisque opitulari curet; et quisque pro viribus venialia sibi vitanda intelligat, ut a terribili venialium suorum idea in purgatorio non torqueatur. Venialia quidem modo levia dicimus et pro nihilo reputamus; levem autem in purgatorio tristitiam non patiemini, cum in mentem venient haec peccata; non parva erit tristitia vestra, cum videbitis, mihi-

mis hisce peccatis vos Deum summe magnum, summe bonum et summe perfectum offendisse; maximo corda vestra merore conficiuntur, cum cogitabitis, quod ob illa peccata, quae nihil pendebatis, a Dei visione et caelestis regni possessione vos retardari meremini; ineffabilis vestra erit afflictio, cum perpenderit, ob vana, otiosa, jocosa et alia quantumlibet levia venialia, vos in terribili purgatorii carcere a voracibus flammis comburi, ac dirissimis suppliciis cruciari: proinde summa cura et sollicitudine omnia venialia vitare satagite. Non ex ore vestro prodeat vel minimum mendacium, non verbum otiosum, non aliquid charitatem fraternam tantisper laedens; a cordibus vestris non exeat cogitatio, quantumlibet peccaminosa: ab ore, a corde, vel a manu nullum, quantumvis leve, fiat peccatum veniale; vel si in venialia incidatis, ea in praesenti per poenitentiae opera delete, ut in purgatorio cordi vestro tristitiam et amaritudinem non causent. Fideles autem defuncti in purgatorio dum merore conficiuntur, considerantes peccata in hoc mundo perpetrata, tabescunt *etiam cum considerant virtutes, quas acquirere neglexerunt*.

## II PARS.

*Merore conficiuntur fideles defuncti, cum in purgatorio considerant virtutes quas acquirere neglexerunt.*

Cum moritur homo, statim caro ejus humida et putrida vermicibus scatet, qui eandem rodunt et depascuntur usque ad ossa; cumque nihil amplius superest quo pascantur, emoriuntur sensim et in terram vertuntur. Sicut autem mortuorum corpora in sepulchris a vermicibus devorantur, ita et post resurrectionem generalem corpora damnatorum, ut sentiunt multi, in inferno rodentur a vermicibus horribilissimis, foedissimis, mordacissimis et aeternis, qui a Deo miraculose efformati, in aeternum in mediis ignibus vivent, ut in aeternum impios crucient. Ut autem ait Innocentius tertius summus Pontifex, non

solum a vermibus materialibus rodentur damnatorum corpora, verum et a verme conscientia: rodentur corda eorum: *erit in gehenna vermis duplex, exterior qui rodit corpus et interior qui rodit cor (de contemp. mund. 1 et seq.)*. Vermis iste erit angor conscientia, qui ut vermis eam jugiter mordebit et rodet ac damnatos semper torquebit cum reminiscuntur peccatorum et virtutum: *peccatorum* quae in mundo perpetrarunt; *et virtutum*, quas comparare neglexerunt. Recordabuntur hi peccatorum a se commissorum, et hujus rei memoria, tamquam a verme interiorum rodentur et affliguntur; *venient in cogitatione peccatorum suorum timidi et traduent illos eo adverso iniquitates ipsorum* (Sap. 4). Reminiscuntur etiam virtutum, de quibus acquirendis non curarunt; et haec quoque memoria erit vermis, a quo lancinabuntur et affligentur, dicentes: *virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus*. O quam durum damnatis ab interiori hoc verme semper corrodi! Eodem etiam, aut simili verme, non quidem in aeternum, sed ad tempus rodentur fideles defuncti in purgatorio; ibi torquebuntur interiorius et morore conficiuntur, cum recogitabant tum venialia, quibus in saeculo se inquinaverunt: tum etiam virtutes quas cum acquirere facile possent, acquirere tamen neglexerunt; ista cogitatio intus eos cruciabit, eorumque interiora veluti tinea corrodet: *sicut tinea vestimento et vermis ligno, ita tristitia viri nocebit cordi* (Prov. 25). Quilibet ex fidelibus defunctis, in centro terrae delitescens, totum vitae suae curriculum mente sua lustrabit et animo revolvat; cuilibet eorum obijcietur vera et fidelis vitae suae tabella, in qua delincentias videbit virtutes, quas assequi potuit et noluit: quilibet videbit quam languida charitas, quam parva patientia, quam exilis humilitas, quam imperfecta sua fuerit obedientia; cuilibet importuna exprobrabit conscientia defectus et negligentias omnes, quibus bona sua opera inquinavit: cuilibet dicet interiorius, car toties preces incuria tua praetermisisti? Cur eas toties sine causa interrupisti? O infelix, modico labore acerba quibus cruciatris supplicia vitare et altissimos aeternae gloriae gradus

obtinere poterat, si virtutum exercitationibus ferventius institutes; cur ergo virtutibus acquirendis non te accuratius accinxisti: tum ut purgatorii supplicia declinaret: tum ut majora in paradiso gaudia tibi conciliaret? Heu! quantus tunc moror, quanta fidelibus defunctis tristitia, cum interiori hoc verme rodentur, cum virtutes omnes quas acquirere et bona opera quae perficere poterant, mentibus eorum obijciuntur! Postquam mercator, qui dives fuerat, naufragio, aut alio quodam inopinatu casu merces perdidit et ad inopiam redactum se conspicit, suam saepe deplorat infelicitatem et mente revolvens varias lucrandi occasiones, quas ex negligentia sua praetermisit, secum ipse gemens, dicit: si hac et illa occasione bene usus fuisset, non eo miserie devenissem: si negotia mea hoc et illo modo peregissem, jam egenus et miser non essem: si ex negotiatione ea percepissem emolumenta quae percipere poteram, jam divitiis affluerem. O me miserum, qui res meas non bene administravi! o me infelicem, quia ex mercibus et pecuniis meis non eam percipi utilitatem, quam percipere poteram. Eodem prorsus modo ingemiscit in purgatorio quilibet fidelis defunctus, dicens: o me miserum, qui crucior in hac flamma! o me infelicem, qui Deo nunc non fruor, quia virtutibus comparandis non sedulo incubui! In hac et illa occasione, humilitatis, patientiae et charitatis gradus multos comparare poteram; hoc et illo modo ad virtutum omnium apicem conscendere penes me erat; quia virtutes tum segniter et remisse sectatus sum, nunc crucior in hac flamma. Flens et gemens ait eorum quilibet: cur eo caecitatis deveni, ut altiorum virtutum praxi contempta, deliciis plus quam par erat indulserim? Cur huic et illi virtuti comparandae summo studio non adhaesi, ut a purgatorii penis declinarem et ut post mortem recta ad paradysum pergerem? Cur patiens non fui ut Job? Cur non mitis fui ut David? Cur non pauper extitii ut Seraphicus Franciscus? Cur poenitentiae, mortificationi, obedientiae et aliis virtutibus acquirendis, totis conatibus non institi? O quantum horum fidelium tristitiam! o quantum mororem, eo quod virtutibus acquirendis adeo imperfecte adhaeserint! Fidelium defunctorum animae a corpori-



bus solutæ perfectissimè cognoscunt, quam bonum et utile sit, virtutum exercitio in hoc mundo totaliter adhærere; clarissime etiam norunt, quomodo humilitate, patientia, charitate et aliis virtutibus ad altiores cœli thronos quisque potest ascendere: vident tandem et continue perpèndunt, quod formidanda purgatorii supplicia vitassent, si majori affectu virtutibus comparandis inebuisse; propterea pœnitet eas, ac ineffabili mœrore conficiuntur, eo quod virtutibus acquirendis totaliter non institerint; nihique earum quamlibet audire videor cum Antiocho dicentem: *in quantum tribulationem deveni et in quos fluctus tristitia, in qua nunc sum. Et ecce pereor tristitia magna in terra aliena* (1 Mach. 6). In magnos quidem devenerunt tristitia fluctus, ac mœrore in purgatorio conficiuntur animæ fidelium defunctorum, eo quod in hac vita virtutibus acquirendis sat remisse laboraverint. O fratres, afflictas, quæso, has consolamini animas; precibus, jejuniis, aliisque piis operibus earum mitigata mœrorem: ac pariter ex earum infelicitate hoc elicite emolumentum ut ad virtutes perfectius sectandas vos excitetis. Serio contemplamini quanta eas maneat afflictio et itidem virtuti, omni qua poteritis perfectione, incumbere statuite, ut simili mœrore in purgatorio post mortem non conficiamini. O quam stulti, inquit doctor Seraphicus, o quam perversi, qui modo virtutes sectari nolunt, ut horrenda purgatorii tormenta declinent! virtutibus acquirendis incumbere timent et purgatorii supplicia non timent: *trepidant timore, ubi non est timor et illa horrenda supplicia parcipiunt* (ubi sup.). O magnam huiusmodi cæcitatem et stultitiam! Ne, quæso, eo stultitiæ deveniamus; virtutibus comparandis totos nos accingamus, ut mœrore post mortem in purgatorio non conficiamur, sicut et alii fideles defuncti, qui jam mœrore conficiuntur, cum considerant virtutes, quas in hoc mundo acquirere neglexerunt; *ac etiam cum considerant paradysum, quem minus ardentè desiderarunt.*

## III PARS.

*Mœrore conficiuntur fideles defuncti, in purgatorio considerantes paradysum, quem minus ardentè desiderarunt.*

Licet ad natale solum et ad patriam in qua ortum duxere, ex nativæ propensione homines quique anhelent; plerique tamen paradisi, qui est patria nostra, obliviscuntur, nec ad eum eundi desiderio cientur. Cum de mundi negotiis et de temporalibus bonis comparandis agitur, de his serio cogitant, his summo affectu adherent, nihil non moluntur, ut omnia sibi prosperè eveniant. In temporalibus his rebus gerendis homines prudentes, vigilantes, industrii, solertes et circumspecti haberi solent; his omnes cogitationes, affectus omnes, omnesque curas suas consecrant; e contra, de spiritualibus et æternis parum curant et de paradisi gaudiis comparandis, aut parum, aut nullo modo anxiuntur; ista non solum acquirere non desiderant, imo et de his vix aut raro cogitant. Quæ autem nunc in purgatorio cruciantur animæ, paradisi gaudia, quorum tam raro viventes meminerant, indesinenter mente revolvunt. Hæ animæ a suis solutæ corporibus, altissimas de paradiso habent ideas; perfecte norunt, quam bonum et quam jucundum in cœlo cum omnibus sanctis habitare; ac continue meditantur, quanta sit magnitudo et quante divitiæ paradisi, quantaque sit felicitas inhabitantium in eo. Hæ animæ summopere aestimant bona, quæ in cœlo Deus præparavit diligentibus se, eorum nunquam obliviscuntur; ac recogitantes, se eorum in sæculo paululum meminisse et ea minus ardentè desiderasse, summa tristitia et mœrore incomprehensibili opprimuntur. Speciali supplicio plectuntur in purgatorio hi, qui in hoc sæculo parum ardentè appetierunt Deum videre et paradysum obtinere. Speciali illud supplicium vocatur a sancta Birgitta, *purgatorium desiderii* (revel. 4, 14), seu tristitia maxima qua cruciantur fideles de-

functi, eo quod non satis ardentem paradysum concupierint. Heu! inquit in semetipso quilibet ex iis fidelibus, quomodo oblitus sum infinite, immense et æternæ felicitatis, quam Deus mihi dare disposuerat? Quomodo plus de terrenis, quam de æternis comparandis sollicitus fui? Quomodo tanta laboravi cæcitate, ut magis de vultu lavandæ, de cribribus ordinate componendis et de similibus aliis nœniis, quam de paradiso comparando curaverim? Quomodo eo stultitia deveni, ut corporis commodis omni cura et sollicitudine invigilaverim; paradisi vero oblitus sim? His et aliis similibus cogitationibus in purgatorio indesinenter lancinantur defunctorum animæ et dum in mediis ignibus cruciantur, cogitant de paradiso, quem non satis ardentem in vita sua exoptarant, talisque cogitatio summam iis tristitiam causat. Cum in Babylone captivi tenerentur Israelitæ, civitatis Sion recordari non poterant, qui protinus crebras funderent lacrymas: *super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus, cum recordaremur Sion* (Psal. 136). Proh quanto graviori comprimuntur tristitia captivæ in purgatorio fidelium defunctorum animæ, cum recordantur celestis Sion a qua exulant! Heu! inquit, si dum in sæculo viveremus, celestis Sion oblitæ non essemus! si ejus crebro meminissemus et si pro ea obtinenda fortiter laborassemus, jam in his flammis non cruciaremur et in paradiso æterna beatitudine frueremur. O quam infelices hic moramur, quia in mundo existentes ad celestia tabernacula non anhælavimus! Plebejis, qui ignorant, quam suave sit in aula regis versari, durum hand videtur ab ea abesse: aulico autem, qui regi, aliisque magnatibus familiaris fuit, et qui quam suave in aula vivere probe novit, nil durius quam ab illa exulare et ad semotum ab omni propinquorum, amicorum et nobilium conversatione locum ablegari. Quid autem simile accidere solet respectu paradisi et aulæ celestis: mortales enim non tristantur plurimum eo quod ab ea exulent, quia non perfecte capiunt quanta sint paradisi gaudia, quamque suave, quam honorificum et quam gloriosum sit in Dei aula versari. Animæ vero quæ in purgatorio cruciantur, perfectissime norunt magnitudinem et pulchritudinem regni cele-

stis: probe sciunt, quam felices qui in celesti aula versantur; ideoque ad eam summo affectu anhelant, ac cogitantes se ab ea exulare quia in sæculo ad paradysum ire vix interdum desideraverint, nec satis ferventer pro eo acquirendo laboraverint, in maximam tristitiam incidunt, ac moerore opprimuntur. Cum in terris vitam ageret David, æternam beatitudinem continue cogitabat, illiusque nunquam obliviscatur: *si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea* (Psalm. 136). Sanctissimus ille Vates, qui quanta essent paradisi bona probe noverat, tristabatur maxime, eo quod a paradiso exlaret et in hoc exilio diu manere cogetur: *heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est* (Psal. 119). Animæ similiter, quæ in igne purgatorio cruciantur, perfectissime cognoscunt, quanta sint paradisi gaudia; ac deinde recogitantes, se iis privari et a celesti beatitudine exulare, eo quod parum de ea in vita cogitarint, nec satis eam ambierint, fit amaritudo earum amarissima, ac incomprehensibili tristitia conficiuntur. O si sciremus, quam bonum et quam jucundum in paradiso habitare! si sciremus, quæ et tanta sint paradisi gaudia, ad ea certe continue anhelaremur et maximo afficeremur moerore, eo quod tanto bono non fruamur. Item si sciremus, quanto moerore conficiantur fidelium defunctorum animæ, eo quod a paradisi possessione rotarentur, iis quidem compateremur, easque consolari conaremur. O filii, o hæredes, o amici, consolamini parentes, benefactores et amicos vestros, qui summo dolore in purgatorio anguntur: consolamini eos orationibus, jejuniis et elemosynis vestris: consolamini eos, qui incomprehensibili prementur tristitia, sive considerantes peccata, quæ in hoc sæculo perpetraverunt et virtutes quas acquirere neglexerunt, sive etiam considerantes paradysum, quem acquirere nimis remisse desiderarunt: consolamini illos, iisque omnibus modis possibilibus subvenite. Ne putatis sufficere, plurima iis præstitisse charitatis officia cum infirmarentur: non satis arbitremini flevisse multum, ac multa post mortem eorum doloris signa edidisse: non satis ducite magnis sumptibus, magnoque apparatus pompam funebrem fecisse: alia enim a vobis ad sui solatium expectant. Ardentem optant, ut prompte



solvatis debita quibus constringuntur: cupiunt, ut ea restituant, quæ scripto vel verbo restitui mandaverunt: volunt ut piis a se relictis legatis cito satisfaciatis, ut preces pro illis fundatis et ut elemosynis multis eos a tetro purgatorii carcere eruere satagatis: expetunt, ut missas plurimas ad sui levamen legere et decantare curetis, ac ut omnia præstetis, quæ iis a Deo solatium et misericordiam impetrare valent. Ecco quid a vobis postulant fideles defuncti, cum gementes clamant ad vos, ut eorum miseremini: *miseremini mei, miseremini mei*. Eorum, quaeso miseremini: iis illud quod a vobis postulant solatium et auxilium præbete; subvenite illis juxta illorum vota; ab hoc amaritudinis puteo, in quo mæore conficiuntur, eos liberate; dabitque vobis Deus libertatem filiorum Dei et gloriam sempiternam. Amen.

## CONCIO OCTAVA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job 19, 21).

Fidelium defunctorum animas adhuc ad nos clamantes audio; lugubres earum voces ad nostras aures et hodie perveniunt, ac continuis earum clamoribus intelligo, quod si audiuntur, non tamen exaudiantur; quodque obduratos et omni sensu carentes invocent homines, qui nullo modo ad earum commiserationem moventur: *animæ illæ ingemiscunt assidue, nec ullus miseretur: clamant e profundis et nemo flecitur: exclamant et plangunt et nemo compatitur* (S. Cyrill. orat. de exit an. 6). Varia eaque urgentissima in præteritis concionibus adduximus motiva, ut propinquos, hæredes et alios nobiscum videntes, ad subveniendum fidelibus defunctis excitaremus; videmur autem marmoreas alloqui statuas, quæ aures habent et non audiunt. Quia tamen christianus orator semper

clamare debet, ut auditorum corda emollire pertentet; *clama ne cesses*: in hac adhuc concione clamare non desinam, utque auditores ad miserendum fidelibus defunctis allicere valeam, purgatorium, ut *baptismum durum et terribilem* jam proponam. Ave.

Internus quidam baptismus ab omnibus admittitur theologis, qui ab iis vocatur *baptismus flaminis*, seu *baptismus in voto*, qui nil aliud est, quam actus contritionis, aut actus amoris Dei super omnia, quem elicit homo non baptizatus, cum proposito saltim implicito Baptismi Sacramentum recipiendi. Præter hunc baptismum, duos alios romana admittit Ecclesia; baptismum scilicet aquæ et baptismum sanguinis: *baptismus aquæ* est primum ex institutis a Christo sacramentis, quo homines ab omni peccati mundantur macula, christiani et filii Dei fiunt, jusque ad regni cælestis hereditatem accipiunt: *baptismus sanguinis* nil aliud est, quam martyrium, quod cum sit altioris et ardentioris charitatis actus, omnia etiam martyris peccata delet, illumque ex peccatore justum et ex Dei inimico Dei amicum efficit. In hoc conveniunt duo ista baptismata, quod omnia baptizati peccata deleant; inter se in hoc differunt, quod per baptismum aquæ homo non statim in regnum cælorum intromittatur, nisi forte mox post ejus receptionem moriatur; per baptismum vero sanguinis martyr protinus in cælorum regnum introducatur. Unde præclare dixit S. Cyprianus, felices esse martyres, quia mox ut mortui sunt, eorum aperiuntur oculi, ut cælestia contemplantur; *felices oculi, qui terrenis claudantur, ut cælestia videant*. Purgatorium autem præfati utriusque baptismi virtutem habet: fidelium enim defunctorum animas et a peccatis lavat et in paradysum introducit. Unde dici potest, purgatorium esse quasi baptismum aquæ, quo mundantur animæ, et quasi baptismum sanguinis, quo in paradysum intromittuntur. Et itidem dicendum, quod purgatorium sit baptismus durus et crudelis, tum quando animas mundat, tum quando illas in paradysum introducit: ut enim jam videbimus, 1. purgatorium est baptismus qui fideles defunctos igne a peccatis mundat; 2. purgatorium est baptismus, qui fideles defunctos igne in paradysum introducit.

solvatis debita quibus constringuntur: cupiunt, ut ea restituant, quæ scripto vel verbo restitui mandaverunt: volunt ut piis a se relictis legatis cito satisfaciatis, ut preces pro illis fundatis et ut elemosynis multis eos a tetro purgatorii carcere eruere satagatis: expetunt, ut missas plurimas ad sui levamen legere et decantare curetis, ac ut omnia præstetis, quæ iis a Deo solatium et misericordiam impetrare valent. Ecco quid a vobis postulant fideles defuncti, cum gementes clamant ad vos, ut eorum miseremini: *miseremini mei, miseremini mei*. Eorum, quaeso miseremini: iis illud quod a vobis postulant solatium et auxilium præbete; subvenite illis juxta illorum vota; ab hoc amaritudinis puteo, in quo mœreore conficiuntur, eos liberate; dabitque vobis Deus libertatem filiorum Dei et gloriam sempiternam. Amen.

## CONCIO OCTAVA.

*Miseremini mei, miseremini mei* (Job 19, 21).

Fidelium defunctorum animas adhuc ad nos clamantes audio; lugubres earum voces ad nostras aures et hodie perveniunt, ac continuis earum clamoribus intelligo, quod si audiuntur, non tamen exaudiantur; quodque obduratos et omni sensu carentes invoceat homines, qui nullo modo ad earum commiserationem moventur: *animæ illæ ingemiscunt assidue, nec ullus miseretur: clamant e profundis et nemo flecitur: exclamant et plangunt et nemo compatitur* (S. Cyrill. orat. de exit an. 6). Varia eaque urgentissima in præteritis concionibus adduximus motiva, ut propinquos, hæredes et alios nobiscum viventes, ad subveniendum fidelibus defunctis excitaremus; videmur autem marmoreas alloqui statuas, quæ aures habent et non audiunt. Quia tamen christianus orator semper

clamare debet, ut auditorum corda emollire pertentet; *clama ne cesses*: in hac adhuc concione clamare non desinam, utque auditores ad miserendum fidelibus defunctis allicere valeam, purgatorium, ut *baptismum durum et terribilem* jam proponam. Ave.

Internus quidam baptismus ab omnibus admittitur theologis, qui ab iis vocatur *baptismus flaminis*, seu *baptismus in voto*, qui nil aliud est, quam actus contritionis, aut actus amoris Dei super omnia, quem elicit homo non baptizatus, cum proposito saltim implicito Baptismi Sacramentum recipiendi. Præter hunc baptismum, duos alios romana admittit Ecclesia; baptismum scilicet aquæ et baptismum sanguinis: *baptismus aquæ* est primum ex institutis a Christo sacramentis, quo homines ab omni peccati mundantur macula, christiani et filii Dei fiunt, jusque ad regni cœlestis hereditatem accipiunt: *baptismus sanguinis* nil aliud est, quam martyrium, quod cum sit altioris et ardentioris charitatis actus, omnia etiam martyris peccata delet, illumque ex peccatore justum et ex Dei inimico Dei amicum efficit. In hoc conveniunt duo ista baptismata, quod omnia baptizati peccata deleant; inter se in hoc differunt, quod per baptismum aquæ homo non statim in regnum cœlorum intromittatur, nisi forte mox post ejus receptionem moriatur; per baptismum vero sanguinis martyr protinus in cœlorum regnum introducatur. Unde præclare dixit S. Cyprianus, felices esse martyres, quia mox ut mortui sunt, eorum aperiuntur oculi, ut cœlestia contemplantur; *felices oculi, qui terrenis claudantur, ut cœlestia videant*. Purgatorium autem præfati utriusque baptismi virtutem habet: fidelium enim defunctorum animas et a peccatis lavat et in paradysum introducit. Unde dici potest, purgatorium esse quasi baptismum aquæ, quo mundantur animæ, et quasi baptismum sanguinis, quo in paradysum intromittuntur. Et itidem dicendum, quod purgatorium sit baptismus durus et crudelis, tum quando animas mundat, tum quando illas in paradysum introducit: ut enim jam videbimus, 1. purgatorium est baptismus qui fideles defunctos igne a peccatis mundat; 2. purgatorium est baptismus, qui fideles defunctos igne in paradysum introducit.



## I PARS.

*Purgatorium est baptismus terribilis, quia fideles defunctos igne a peccatis mundat.*

Sacrum Concilium Florentinum expresso declaravit, per baptismi sacramentum non solum originale, sed et omnia actualia hominis peccata penitus deleri, ita ut anima ab omni peccati labe mundetur eo ipso tempore, quo salutaris lavaeri unda corporis abluatur: *hujus sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis et actualis (in decr. pro Armen.)*. Hanc esse hujus sacramenti virtutem indicavit Ecclesia, cum olim in baptizati os mel et lac infundi voluit: *suscipiti lactis et mellis concordiam prægustamus*. Dabatur baptizato mel, ut indicaretur, eum jam divine gratiæ dulcedinem incepisse gustare: et dabatur ei lac, ut omnibus innosceret, illius animam baptismi virtute ab omnibus peccatis mundam et lacte candidiorem factam esse. Ita ab omni culpa mundantur qui baptismum recipiunt, ut nulla damnabilis culpa, nec aliquid quomodocunque damnabile in eis remaneat: *nil ergo damnationis est eis, qui sunt in Christo Jesu* (Rom. 8), idest, nullæ sunt peccati reliquæ in his, qui sunt justificati et Christo in baptismo insti. Unde D. Paulus diem, quo quis baptismi sacramentum recipit, vocat diem redemptionis: *in quo signati estis in diem redemptionis* (Eph. 4, 10). Hic est dies redemptionis, quia, ut explicat Eusemius, hac die qui baptizatur, fit particeps redemptionis Christi, et ab omni peccati servitute redimitur. Ecce mirabilem effectum baptismi nostri, cujus virtute, qui baptizatur, ab omni peccati macula purgatur; purgatorium autem quasi alter baptismus, eadem virtute pollere videtur. Profecto nec originale, nec mortalia delet, verum fidelium defunctorum animas ita ab omni venialium labe purgat, ut S. Paulinus Aquilejensis archiepiscopus, quasi in extasim raptus, clamet: *o quam pura et immaculata exit*

*anima a purgatorii baptismis* (ser. 9, to. 4 Bibl. Ss. Patr.). Nil certe purius, nil mundius anima, quæ a purgatorii baptismis exit, ibi enim ita mundatur, ut cæli ingressu digna efficiatur.

Fieri potest et sæpe accidit, inquit Doctor Angelicus, quod homo quidam justus, habens venialis peccati conscientiam, ita prompte et subitanee moriatur, ut nullum ei supersit tempus peccatum illud, cujus est conscius, in seipso quomodocunque delendi. In hoc casu, ait D. Thomas, quid fiet de illius hominis anima? ibitne in infernum? Nequaquam, quia inferno non adjudicantur justi, qui in statu gratiæ sanctificantis ex hoc mundo exeunt. Quid ergo fiet de hominis illius justus et peccati venialis conscientiam habentis anima, cum egredietur e corpore? volabitne mox ad paradysum? *Non immediate evolabit ad cælum*, ait Doctor Angelicus (in 4, d. 25), quia nulla anima, quantumdum mortali vel veniali peccato manet inquinata, in cœlestem civitatem Jerusalem ingredi potest: *non intrabit in eam aliud quod coinquinatum* (Apoc. 21, 17). Quo ergo vadet illius hominis anima, si in infernum non præcipietur, nec in paradysum evolat? Respondet D. Thomas, eam in purgatorium ituram, ut ibi a sua culpa veniali purgetur; eritque illi purgatorium quasi baptismus, quo a peccato veniali sive quoad culpam, sive etiam quoad penam mundabitur: *in purgatorio peccatum ejus veniale, quoad culpam et quoad penam expiabitur*. Purgatorium ergo est quasi alter baptismus, quo fidelium defunctorum animæ a peccatorum suorum maculis ita mundantur, ut a purgatorio aque munda, ac a fonte baptismatis exeant. Mirabilis quidem et efficax est iste baptismus, cum fidelium defunctorum animas mundet et purget; *sed et est terribilis baptismus iste, quia non eas mundat, nisi per ignem*. Institutum a Christo Salvatore baptismi sacramentum suave est et commoedum; ut enim ejus virtute peccata tollantur, oportet solummodo, ut a baptizante verba sacramentalia profereat supra baptizandi corpus projecta aqua naturalis; et mox qui baptizatur, ab omnibus peccatis mundatur. Purgatorium vero se habet ut baptismus terribilis, cujus virtute haud mundantur fideles defuncti, nisi ignis arden-

tissimi penam perferendo. In purgatorio a peccatis non purgantur per aliquas aque guttas, ut fit in baptismi sacramento; ibi baptizantur et mundantur per ignem ab ipso Deo succensum ut in fidelibus defunctis peccatorum reliquias destruat et assumat: *igne baptizabuntur*, inquit S. Gregorius Nazianzenus, *qui postremus est baptismus, nec solum acerbior, sed et diuturnior, qui crassam materiam instar ferri depascitur, vitique omnis levitatem absorbit* (Orat. in sancta lumina). Igneus ille baptismus in animas sævit, illas cruciat, et quidquid in eis immundum reperit, exurit et absorbit. O terribilem baptismum! Æterna, infinita et incomprehensibilis est Dei erga nos bonitas; dilexit nos ab æterno et innumera in tempore amoris sui nobis testimonia exhibet. Ita nos amavit, ut pro nobis incarnari et homo fieri volberit; ac mox ut humanum corpus assumpsit, æterno Patri semetipsum pro nobis hostiam obtulerit. Hoc sui ipsius sacrificium in templo renovavit, cum in manibus Simeonis portabatur; hoc idem sacrificium pluries in vita iteravit et tandem in cruce consummavit. Deus tamen, qui tanto nos amore prosequitur dum hic in terris vivimus, portentosos duos in alio mundo construxit rogos, unum ad supplicium et alium ut baptismi locum teneat: *rogus* ad supplicium reorum a Deo paratus est in inferno, et ad hunc rogam omnes condemnabit qui ex hac vita in statu mortalis peccati exiunt, quibus omnibus dicit: *discedite a me, maledicti in ignem æternum* (Matth. 25). Hic autem rogas, baptismi vires nunquam geret, quoniam damnatos a peccatis nunquam purgabit; tantum inserviat ad supplicium quo in æternum illi plectentur: *rogus* vero in alio mundo a Deo accensus, ut baptismi locum teneat, est ignis purgatorii, qui fidelibus defunctis vertitur simul in baptismum et in supplicium: *in baptismum*, quia eos ab omnibus peccatorum reliquiis purgat; et *in supplicium*, quia illos dirissime cruciat, nec illos a peccatis aliter mundat, quam torquendo eos. Unde rogas ille purgatorii dicens baptismus quidam efficax et terribilis: *efficax*, quia fideles ab omnibus peccati sordibus mundat: *terribilis*, quia mundat torquendo illos dirissime. Præclare docet nos Malachias pro-

pheta, quæ habetur differentis inter ignem quem Deus accendit in inferno, et ignem quem Deus accendit in purgatorio, dicens quod ipse venit *quasi ignis conflans et quasi herba fallonum* (Malachi. 3, 2). Igneus inferni ad hoc non accenditur ut mundentur et a peccatis purgentur damnati: hic enim ignis eos solummodo urit, torquet et devorat, *quasi ignis conflans*. Igneus autem purgatorii suam vim exerit instar cujusdam herbe, qua in fallonis ofleis uti solent artifices, ut e pannis maculas tollant; nam hic ignis fidelium defunctorum animas ab omni veualium macula purgat, *quasi herba fallonum*. Iste ignis fideles defunctos mundat simul et torquet: veluti baptismus, eos mundat, et tamquam baptismus terribilis illos mundat torquendo et terribiliter cruciando: *igne baptizabuntur, qui postremus est baptismus*. Non satis percipimus quanta purgatorii hujus baptismi sit acerbitas. Verum est, quod animam mirabiliter ab omnibus maculis purget, quodque primaviam illam pulchritudinem quam in baptismo perceperat, ei restituat; non tamen ei confert tantum beneficium nisi eam sævissime cruciando. Heu! quid non patiuntur fidelium defunctorum anime in mediis purgatorii ignibus, ubi sæpe diutissime morantur! Nescimus, an in hoc igne pluribus diebus, pluribus mensibus, vel etiam pluribus annis mansuri simus: *unde scit unusquisque, utrum diebus, aut mensibus, aut forte etiam annis per illum ignem sit transiturus* (S. Aug. ser. 41 de Sanct.). velim autem ut quis hinc igni ad unam solum horam, vel etiam ad unius horæ quadrantem adjudicetur, nonne in brevi illo tempore gravissima ibi patietur tormenta? Nonne tordele illud ei erit supplicium? Nonne baptismus ille quo a peccatis suis purgabitur, ei summe terribilis et acerbus erit? Certe et acerbissimus et intolerabilis ei fiet. Heu! si ut quis carne indutus baptizaretur, et a peccatorum suoribus sordibus lavaretur, necesse foret, ut unius horæ quadrante in accensa fornace remaneret, nonne dirus et crudelis videretur hujusmodi baptismus? Omnium plane iudicio acerbissimas et intolerabiles censeretur. Quam durior, acerbior et terribilior diceudus purgatorii baptismus, cum ut ibi fideles a suis purgentur peccatis, non unius dumtaxat qua-



drantis tempore, verum sæpe pluribus annis ab igne teterrimo et ardentissimo urantur et devorentur. Eoos baptismum terribilem et formidandum: si sapiamus, nil omitemus in præsens ut baptismi hujus acerbiteriam devotimus; Deum sæpe deprecabimur, ut nos modo sic a peccatis purget, ut in futuro sæculo, terribili hoc baptismo non egeamus. Dicamus ei sæpissime: *Domine, talem me reddas, cui igne purgatorio opus non sit.* Ferventer quoque animabus nostris ab omni inquinamento peccati purgandis laboremus; mundemus eas in hac vita per penitentiam baptismum, ut alibi per ignis baptismum mundari non indigeant. Penitentia, quasi altero baptismo, peccata post baptismi receptionem commissa facile abluuntur et remittuntur: *prædicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum* (Luc. 3, 32). Arduam ergo suscipiamus penitentiam; nullus sibi aduleatur, seipsum fallat nullus, nullusque sibi nimis indulgeat; quicumque se alicujus peccati conscius esse cognoscet, summo doloris affectu illud detestetur, confiteatur illud humiliter, justitiae divinae omnibus quibus poterit modis satisfaciat; uno verbo baptizet se in hoc sæculo per penitentiam, ut in alio per ignem purgatorium baptizari non egeat. O quam portentosa plurimorum insania, qui cum hic levi penitentia reatus suos eluere possint, differunt tamen ad purgatorium, ubi nonnisi per ignem a culpis suis mundabuntur. Dic mihi, quæso, num tu malles intrare fornacem, an aquam? Haud dubie in aquam salubrem et medicatam ingredi præeligeres. Penitentia autem se habet ad instar aque, qua mundamur et sanamur ab omnibus peccatis; *orit fons patens domui David in abluionem peccatoris* (Zach. 13). Arduam ergo in præsentem suscipe penitentiam, per eam te ab omnibus purga inquinamenti, ut in purgatorii fornace nil per terribilem baptismi ignem tibi purgandum supersit. Est ergo purgatorium baptismus terribilis, qui fideles defunctos per ignem a peccatis purgat: *est etiam baptismus terribilis, qui eos per ignem in paradisu[m] introducit.*

## II PARS.

*Purgatorium est baptismus terribilis, quia fideles defunctos igne in paradisu[m] introducit.*

Quamvis martyrium, quod baptismus sanguinis dicitur, non sit sacramentum a Deo ad delenda peccata institutum, ea tamen penitus delet: et, ut docet sanctus Bonaventura, major martyrii, quam baptismi est efficacitas non solum quia per martyrium homines altius in cælum elevantur, quam per baptismi receptionem, verum etiam quia per martyrium homines mox in paradisu[m] introducuntur: *baptismus sanguinis gloriores confert palmam et statim introducit ad gloriam* (in 4 d. 4, p. 2, ar. 1, q. 2). Qui baptismi sacramento ab omnibus inquinamenti animas suas abluerunt, in nova peccata incidere solent; qui vero baptismum sanguinis a peccatorum suorum sordibus abluuntur, nullis usquam hujusmodi sordibus inquinantur: *baptismus sanguinis secundis sordibus non inquinatur* (S. Jo. Dam. de orth. fid. 4, 5). Imo, ut ait Doctor Seraphicus, per sanguinis baptismum martyres non tantum in eo statu constituuntur, quo non sint amplius peccaturi, ad eum etiam statum perveniunt quo amplius peccare non possint. Iste baptismus eos impeccabiles efficit, ac ab iis simul actum, atque potentiam peccandi auferit: *omnem resecat culpam et secundum actum et secundum potentiam* (S. Bonav. ibid.). Et si quæras, cur baptismus sanguinis peccandi potentiam tollat, ratio in promptu habetur; quia scilicet martyres *statim introducit ad gloriam*, ubi nunquam fuit, nec esse potuit peccatum. Unde de martyribus specialiter loqui videtur propheta, dicens, quod mox ut mortis somno obdormierint, in cælum æterna hæreditate gavisuri intromittuntur: *cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini* (Psal. 126). Neque de hoc ullus dubitandi locus: statim enim ut martyr efflavit animam, eam Deus recipit, osculatur eam osculo oris sui,

eamque in paradysum introducit, dicens: *intra in gaudium Domini tui*. Ecce magnum emolumentum, quod ex passionibus suis eliciunt martyres; en magnum privilegium eorum, qui sanguinis sui effusione baptizantur: patiuntur quidem, magna vero mercede, quia mox ut anima eorum a corpore egreditur, in paradysum introducitur. Eximium illad demiror privilegium quod ex baptismo sanguinis eliciunt martyres. Jamvero fidelibus defunctis idem privilegium confert purgatorium; ita enim in purgatorio mandantur et purgantur animæ, ut eo ipso tempore, quo e purgatorio egrediantur, in paradysum intromittantur. Purgatorium quasi alter baptisus, eas in paradysum introducit, noque a purgatorio educuntur, nisi ut in paradysum recipiantur: *transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* (Ps. 65, 12). Postquam fideles defuncti in purgatorio remanserunt quamdiu Deo placuit, ad ipsos mittitur angelus, inquit Rupertus Abbas, qui eos e mediis flammis eripit et statim in paradysum introducit: *per ignem transituri per angelorum mysterium ducti, paradysum intraturi sumus*. O magnam baptismi purgatorii virtutem! Non enim minus efficax videtur, quam baptismus sanguinis, cum mox ille in paradysum introducat, sicut et iste: *sed purgatorium est baptismus terribilis, quia fideles in paradysum non introducit, nisi per ignem*. Fideles, qui post mortem a Deo in purgatorium mittuntur, in paradysum non introducuntur, nisi prius igne probati et dire cruciati eodem digni efficiantur; oportet urantur et sæpe in mediis ignibus diu torqueantur, antequam cœlum ingrediantur. Equidem jam salutis sæpe certi in purgatorium mittuntur; prius tamen ultricim flammarum vim sunt perpessuri: *ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem* (2 Cor. 3). Justi, qui dies suos explent venialibus noxis foedati, in altera vita a suis peccatis baptizabuntur, non aquæ, vel sanguinis, sed ignis baptismo. Hi ignis dira supplicia perferent, quoniam, ut ait D. Augustinus, purgatorii flammis a peccatis suis purgabuntur, ut salvi fiant et in paradysum introducantur: *qui temporalibus penis digna gesserunt, per ignem quemdam purgatorium transibunt, de quo apostolus inquit; ipse autem salvus erit, sic ta-*


*men quasi per ignem* (Rom. 16 ex 50). Postquam e terrestri paradiso ejectus fuit Adam, ad felicissimi hujus loci fores posuit Deus angelum, qui gladium igneum manu gestabat, ut impediret, ne quis illic ingrederetur: *collocavit et flammæum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vite* (Gen. 3, 24). Proinde si Adam in terrestrem paradysum denno ingredi voluisset, tria illi obvia fuissent; angelus scilicet, gladius et ignis; *Christum et flammæum gladium*. Tria autem his similia in cœli via nobis occurrunt. Occurrit nobis primo angelus, Christus scilicet, qui est magni consilii angelus, qui ad paradisi janam stat et qui in manibus claves habet paradisi, ut illum hominibus claudat, vel aperiat. Occurrit secundo in via paradisi gladius mortificationis, quia ut in paradysum ingredi mereamur, crux portanda, ac dira multa perferenda sunt: *quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei* (Act. 24, 21). Occurrit tertio in paradisi via ignis accensus, quo purgari oportet quicumque ex hoc mundo exeunt, peccatorum venialium conscii; si enim levis alienigeni peccati macula coinquinati ex corpore migrent, nunquam in paradysum ingrediantur, nisi eam prius purgatorii igne deleverint. Ignis tandem purgatorius vices gerit baptismi cujusdam, quo alicubi necessario a peccatis suis prius ablohi debent viri justi, ut in paradysum introducantur: *non poterit a corpore egressus divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo adherentes purgatorius ignis abstulerit* (S. Greg. Nyssen. *Or. pro mort.*). O terribilem baptismum! Supra modum suave est in cœlum ingredi; dirissimo vero ignis baptismo baptizari. O quam acerbum hoc baptismo ad ingrediendum in cœlum se disponere! Quanto consultus sua in presenti per penitentiam purgare peccata, quam ea in futuro ignis purgatorii ardoribus abluere! Orate ergo, jejunate, et aliis penitentiae operibus peccata vestra nunc purgate, ut post mortem nil purgatorii baptismi in vobis purgandum et abluendum remaneat. Cum jam morti proximus esset Christus Salvator, apostolis se baptizandum dixit: *baptismo autem habeo baptizari* (Luc. 12, 50). Crucem et passionem suam baptismum



vocabat, ut doceret nos, cruces, mortificationes, penitentiae opera esse quasi baptismum, quo in hoc saeculo anima nostra ab omni inquinamento abluitur et coelo digna efficitur. Haec quidem opera, species quaedam baptismi sunt, quoniam, iis a peccatis venialibus mundamur. Fateor etiam hoc baptismi genus durum et acerbum esse; quam durius autem et acerbius est purgatorii baptismi! Durum vigilare, jejunare, bona sua pauperibus erogare et penitentiam agere; quam durius et terribilius erit a voracibus purgatorii ignibus uri, tergeri et purgari! O quam amabilia videbuntur jejunia, o quam leves omnes huius mundi mortificationes, si cum formidandis purgatorii suppliciis conferantur! Hae! si Deo permittente, aliquis ex fidelibus defunctis ignis purgatorii vim jam expertus ad nos remearet, quam parvi pendere! omnes illas mortificationes, quas tantopere pertimescimus! Quam dulcis ipsi foret diu jejunare! Quam hilariter omni mortificationum genere corpus suum cruciaret! Quam facile facultates suas pauperibus distribueret! Quam jucunde faceret et pateretur, quidquid in via caeli faciendum et patiendum occurrit! O fratres, facite vos nunc, quod facerent fideles defuncti, si iis in hunc mundum redire liceret. Tempus aliquando et forte cito adveniet, quod in mediis purgatorii ignibus sepulti clamabitis ad Deum, ut vobis indulgeat et ad mortales, ut vobis subveniant. Tunc quidem optaretis, omnia vestra peccata in hac vita per austeram penitentiae opera delevisse. Tunc fletus, dicetis: cur jejuniis, orationibus, aliquo penitentiae operibus nostra in saeculo non delevisse peccata? Cur Deo tunc non satisfacimus, ut terribilia purgatorii supplicia declinaremus? O fratres, operetur nunc unusquisque vestrum, quod nunc fecisse vellet: vultis, purgatorii supplicii nunquam adjudicari? Faciat quisque, quod fecisse vellet, si in purgatorio esset. Tamquam a facie colubri peccata fugite; quaecumque jam perpetraveritis, per penitentiam delete; mandato et baptizate vos nunc baptismo penitentiae, ut terribili purgatorii baptismi baptizari ulterius haud egeatis. Singulis huius octavae diebus unam vel plures adduxi rationes, ut vos ad animabus in purgatorio patientibus subve-

niendum allicerem. Singulis diebus audistis voces illarum auxilium a vobis postulantium, ac ad vos clamantium: *miseremini mei, miseremini mei*. Prima die vobis ore meo dixerunt, purgatorium esse *locum tormentorum*, in quo ipse supplicia gravia, diuturna et justa patiebantur. Secunda die didicistis purgatorium esse *praecipitium horrendum*, in quo homines facile cadunt, in quo dire cruciantur et a quo difficile egrediuntur. Tertia die audivistis, purgatorium esse *carcerem teterrimum*; cum ibi fideles maneat clausi et incarcerati in centro terrae et in ignis abyso. Quarta die purgatorium contemplati estis, *ut fornacem accensam*, in qua habetur ignis corporeus qui agit in spiritus, ignis violentus et acerbus qui torquet sanctos et ignis sapiens qui discernit merita. Quinta die purgatorium consideravimus, *ut terram aramosam*, quae quidem revera sic appellari meretur, cum sit terra dolorum, terra tenebrarum et terra oblivionis. Sexta die purgatorium inspeximus, *ut locum miseriarum*, in quo miserime degunt fideles defuncti, cum ibi sint *ut serci*, qui vincula sua frangere nequeunt, *ut debitores*, qui debita suaolvere non valent et *ut exules*, qui ad patriam suam ire non possunt. Septima die purgatorium vobis objecimus, *ut puteum amaritudinis*, in quo fideles defuncti mœnore conficiuntur, cum considerant peccata quae perpetraverunt, virtutes quas acquirere neglexerunt et paradisum quem minus ardentem desiderarunt. Hodie tandem purgatorium delineavimus, *ut baptismum acerbissimum*, quo fideles defuncti per ignem a peccatis suis purgantur et per ignem in paradisum introduceantur. En plurimas rationes, quibus quisque ad animabus in purgatorio patientibus subveniendum allici debet. Subvenite ergo eis, cum ad hoc tot motiva vos urgeant; et eis subvenite, ut apud Deum haec pro vobis intercedant. Si enim precibus, elemosinis et sacrificiis eas a purgatorio egredi curatis, postquam ex illo egressae fuerint, pro vobis Deum enixe orabunt. Scitis, quod postquam, orantibus apostolis a Christo sanata est S. Petri socrus, mox illa lecto surrexit, ut illis ministraret: *surrexit et ministrabat eis* (Matt. 8, 16). Eodem modo respectu vestri se habebunt fideles defuncti, si

precibus, elemosynis, aliisque piis operibus illos a purgatorio eruatis; hi ministrabunt vobis, seu mox ut ad cœlum intraverint, Deum enixe rogabunt, quod ita vos purgari det in hoc mundo, ut statim post mortem animæ vestræ ad cœlum evolent. Amen.



EXPLICIT TOMUS NONUS  
QUARTA PARS CONCIONUM DE SANCTIS  
TOTIUS OPERIS FINIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX

CONCIO UNICA — De Nativitate B. V. Mariæ . . . . .	pag. 1
I PARS. — Dies natiuitatis est dies honoris et gloriæ respectu Mariæ . . . . .	2
II PARS. — Dies natiuitatis beate Virginis est dies gaudii et lætitiæ respectu hominum . . . . .	6
III PARS. — Dies natiuitatis Mariæ est dies terroris et tristiitiæ respectu demonum . . . . .	9
CONCIO UNICA — De sancto Matthæo Apostolo . . . . .	12
I PARS. — Officia quibus sanctus Matthæus ante conversionem incubuit . . . . .	13
II PARS. — Convictum quod Christo fecit Matthæus . . . . .	16
III PARS. — Eminentis dignitates, quas post conversionem Matthæus in Ecclesia obtinuit . . . . .	19
CONCIO UNICA — De Sanctis Cosmæ et Damiano . . . . .	23
I PARS. — Sancti Cosmæ et Damiani fuerunt medici doctrina fulgentes . . . . .	25
II PARS. — Sancti Cosmæ et Damiani fuerunt medici charitate ardentes . . . . .	28
III PARS. — Sancti Cosmæ et Damiani fuerunt medici pietate insignes . . . . .	31
CONCIO UNICA — De sancto Michaeli Archangelo . . . . .	35
I PARS. — Sanctus Michael est princeps magnus per Deum, a quo sublimatur . . . . .	36
II PARS. — Sanctus Michael est princeps magnus inter angelos, quibus præest . . . . .	40
III PARS. — Sanctus Michael est princeps magnus respectu hominum, quos protegit . . . . .	43



CONCIO UNICA — De sancto Hieronymo . . . . .	pag. 46
I PARS. — Sanctus Hieronymus fuit sol in mundo . . . . .	48
II PARS. — Sanctus Hieronymus fuit angelus in deserto . . . . .	51
